

Contenta. 63.

Sententia sua pro verba Salomonis. phil. melanton
S. ne augustini & aliorum velut apthonsui. prosperi
de sacramenta ecclesie quodam. Eras. Rotterdami
N. preem. ad dom. Jesus p. par. ecclesie. Eras. Ro
Augustiniana quicq. anaphorica ex Eras. Ro. ap. ne

Theologorum. S. n.


Quicquid habes meriti pro uictus gra. donat
nil deus in nobis nisi sua dona coronat

P. C. 51

~~Theologie~~

E. V. 392

als od fol



Vbi omnia condita sunt per ipm.

ARGV

TISSIMA quæq; Apophthegmata ex ERASMI Roterodami opere selecta, inq; communes locos redacta, in commodum iuventutis, presertim Goslariane.

PER ANTONIVM CORVINVM.

M. D. XXXIII.



8



CLARISSIMI

MIS AC PRUDENTISSIMIS VIRIS, CHRISTIANO Balder Ioachimo Wegener, Consulibus. Totiq; adeo Senatui Goslariano. Antonius Corvinus Zytogallus, Gratiam optat & pacem.

DVPLICEM ESSE IUSTITIAM, VIRI *Iustitia*
clarissimi, manifestius est, quam ut multis
ca de re opus hic sit. Est iustitia, quam di-
uus Paulus non sine magna Emphasi, dei
iustitiam subinde appellat, quod uidelicet gratis a
deo absq; operibus propter Christum donetur, Ade-
oq; non nisi a credentibus adprehendatur. Est &
aliud iustitiae genus, Externum scilicet & politicum,
id quod non in Christianos solum sed in Ethnicos
quoq; cadit. A ratione enim utcunq; & intelligi &
prestari potest. Priorem sacrae tradunt literae, sed
ita, ut interim altera quoq; hoc est, externa illam nec
damnent nec abijctant. Deus enim ut adfectus & cor
requirit, Ita suavissimam humanae societatis harmo-
niam, & mutua officia & quicquid usquam uirtutis
est complectentem, non solum non dissoluit, uerum-
etiam precipit, Tantum abest, ut de ciuili uita con-
suetudine preceptiones, e uita mortalium tolli uelit,
Et tamen Christianos discrimen quoddam inter

A ij utranq;

utranq; iustitiam probe & obseruare & statuere oportet, quod alioqui futurum sit, ut pro re ipsa, umbram amplectamur. Proinde ut quam parcissime rem omnino scitu necessariam ostendamus, Christiana iustitia in hoc sita est, ut credamus deum propter Christum gratuito relaxare peccata credentibus, donare spiritum sanctum, adeoq; novos motus creare in hominum cordibus, Atq; hoc, quisquis solida fide adprehendit, is non hominis alicuius, sed dei sententia iustus pronuntiatur. At uero politica iusticia in hoc sita est, ut ea, que nature lex hominum animis insculpsit, non consequenda interne iusticie studio, sed conseruanda communis societatis gratia, prestemus, Qualia sunt, neminem ledas. Magistratui obtemperes, Sobolem tueare, Pacta serues & foedera, &c. Quam est igitur necessarium, ad comprehendenda dei iustitiam, timere deum, fidere deo, idq; per Christum, tam est & hoc honestum, ut cum cordis pietate, externam quoq; uitae probitatem iungamus. Et profecto optime mihi de rebus mortalium mereri uidentur, qui totis, quod aiunt, uiribus in hoc aduigilant, ut & dei iustitia ubiq; constet, & politicae quoq; probitatis ratio habeatur. Tum demum autem Christiane iusticie propagandae studetur, cum doctissimis quibusq; ac pijsimis, docendi in ecclesijs prouintia traditur, id quod uos recte perpendentes, ingenti omnium bonorum adplausu

3.
plausu haecenus prestare coepistis. Magna enim cura
ac sollicitudine questum D. Eberhardum & widensehe, *postea*
ad docendum fidei iustitiam, ecclesiae uestrae preseci-
stis, uirum ita me deus amet bonum, & de quo dubi-
tes, maiori ne fide fidei agat negotium, an uehemen-
tius ecclesiarum interturbatores oppugnet, Tam est,
& ad docendum aptus, & ad resistendum sectarum
contagioni uigilans, Ceteros fratres taceo, qui ut ipsi
quoque strennue officium suum faciunt, ita predicari,
a deo, quam ab humano die malunt. Iam quod pru-
dentissimus senatus, in retinenda Christiana doctri-
na, unde cordis iustitia originem habet, prestitit, id
in conseruanda politicae quoque uitae ratione, non im-
pigre fieri animaduerto. Est nunc apud uos summa
erga leges reuerentia. Sunt sua uirtuti premia. Seue-
re coercentur flagitiosi, Atque ea res demum arguit,
Rempub. uestram nunquam ruituram, seu florentis-
simam semper futuram, uel Antisthene teste, qui in-
terrogatus que res ciuitatibus portenderet exitium,
Si, inquit, uirtuti non sit suus honos, nec fontes adfiri-
antur supplitio, Cupiam tamen, quod multi faciunt
penae moetu, id sua sponte lubentes ac uolentes face-
rent. Quoniam uero id in tanta ingeniorum cum di-
uersitate, tum malitia fieri uix unquam poterit, opta-
rim id quod proximum est, nimirum ut iuuentutem
salutaribus preceptis imbuiamus, adeoque statim a pu-
critia aduersus uitia armemus. Sic enim fiet, ut cum

A iij

Aristippo

Respub.

Antisthenes

Iuuentu



Aristippo olim dicturi sint, Aequabiliter se uicturos
etiamsi omnes leges aboleantur. Apta est enim ad
discendum, & perinde atq; liquefacta cera in
quamlibet sequax materiam, eoq; diligentissime non
tam literis quam moribus formanda est. At morum ci-
uilitas, uirtutisq; adeo amor, iuuentuti uel per lusum
ac iocum instillari possunt, tantum abest, ut precepti-
onum de uirtutibus capax non sit, hinc tot Isagogæ,
tot Apologi, tot Apophthegmata, quæ omnia olim
ea de caussa literis boni uiri commiserunt, ut uel per
iocum uirtutem imbiberent pueri, Et certum est, Tena-
cissime in animis iuuenum herere, quæ per iocum
ueluti ludentes didicerunt, Ego igitur cum superiori-
bus hisce diebus Erasmi Roterodami Apophthegmatum
Collectanea diligenter legissem, adeoq; uoluptatem
quam inde non mediocrem coepi (adferunt enim se-
cum quandam tum historiarum tum honestissimarum
rerum notitiam) pueris quoq; cuperem communem
fieri, libuit argutissima quæq; seligere, ac in commu-
nes locos redigere, Non quod quicquam inibi sit,
quod ignorari uelim, sed quod ipsius libri moles ef-
ficiat, ne enarrari pueris in scholis possit, Atq; hunc
alienum laborem sub nomine uestro prodire in pu-
blicum uolui, nihil ueritus multorum uel ronchos
uel calumnias, qui me de alieno liberalem esse for-
tassis clamitabunt. Ego nihil referre arbitror, de meo
an alieno liberalem sim, modo profim pueris, Ut uero
uobis

4
uobis id libelli inscriberem, multæ res in caussa fue-
runt. Principio suaapte sponte currentibus calcar ad-
dere uolebam, ut pueritiæ formandæ perinde ratio-
nem habere pergeretis, atq; Christianæ doctrinæ
propagandæ semper studuistis. Ea enim si æque lite-
ris atq; moribus imbuatur, dubium non est, quin flo-
rentissimam rempublicam semper habituri sitis,
Adhec nisi iuuentus ad eum modum ad Christi cog-
nitionem preparetur, quo pacto retineri in ecclesijs
sana doctrina possit, non uideo. Deinde, ut pueritiæ
uestræ, cui presertim hic desudatum est, tanto esset
commendatior, Postremo ut animum erga uos meū
declararē. Cum enim uerbi ministrum antehac apud
uos egerim, Sintq; á uobis multa in me collocata bene-
ficia, debebã uel aliqua saltem parte declarare ac te-
stificari gratitudinem, Quod si sensero hanc meam
operam uobis non displicuisse, autores mihi, ut maio-
ra posthac audeam, eritis. Interim iudicium de libel-
lo hoc scholæ uestræ prefectos facere iubebitis, D. uī
delicet Eberhardum ac D. Iohannem Cocum, Viros
ut insigniter doctos piosq; ita probe gnaros, quan-
tum utilitatis huiusmodi Apophthegmata, hoc est, in-
signium uirorū sententiæ, contineant. De Michaele
Volumetio ludi magistro uestro non dubito, qua est
pietate ac eruditione, quin iisdem de caussis libellum
hunc pueris uestris enarraturus sit, Valet,

Ex Wittgenhusio. XXXIII.

A iiij

Azara 28. 66.
aduersary 29.
Amor 67.
adulator 68

LOCORVM INDEX.

Coniung 66.

Coniung 30.

Ciuitas 18. 29.
Conspic 46

A

fo 6.
Amicitia. 6.
Auaritia. 56. 6.
Animi moderatio. 7.
Arrogantia. 8.
Assentatio. 8.
Adulterium. 9. 38.
Aliter uiuere quã doceas. 10.
Ambitio. 10.

B

Apolog 16.
Bonorum commercium querendum. 11.
Bona animi. 11.
Bonorum uarietas. 12.
Beneficentia & liberalitas. 12.
Bellum. 13. 19.

C

Continentia frugalitasq; 13.
Cultus animi. 14.
Calumnia & maledicentia. 15.
Cura prepostera. 16.
Curiositas. 16.
Constantia. 16.
Consilium. 17.
Clementia. 17.

Cyfar. 16.

Concordia. 18.

D

des 43.
Disciplina militaris & ciuilis. 19.
Diuicia & diuitiarum usus. 19. 56.
Deus. 20.
Dux bonus. 21.

E

deambulare 16.
Eloquentia uana. 21.
Edifitiorum uanitas. 22.
Exercitatio & usus. 23.
Ebrietas. 23. 66.
Eruditio & lectio. 24.
Egregia indoles. 24.

F

Epitaph 28. 50.
Forma. 25.
Fortitudo. 25. 32.
Fama honesta. 26. 50.
Fides uxoris in uirum mortuum. 27.
Fides in hostem. 27.

G

fames 14.
Gloria studium & Amor. 28.
Glorie contemptus & redium. 28.

Epula 54

fures 51.
fistula 59.
foena 70.

herodes 67.

Garrulitas & loquacitas.
Gratitudo.
Grauiter dicta.

Leges ciuiles.
Luxus.
Libertas.
Libertas in loquendo.

H
Honor parentibus & se-
nioribus exhibitus

M
Munerum contemptus.

45 Honor uirtuti habitus.
Humanitas.

Mendatium.
Mulicrum ornatus.

Hypocrisis & fucus.
Honor literis habitus

Mortis contemptus.
Matronalis pudicitia.

Industria.

Matrimonium.
Meritorum fiducia.

Iusticia ciuilis.

Modestia.

Institutio puerorum.
Ira.

Modus.
Medicina.

Iudicis officium seu equi-
tas.

Mollicies.
Malorum assuetudo.

Ingratitudo.

Mors non lugenda.

Inscitia.

Memoria.

Impunitas.

Miseria humane uite.

Inconstantia & leuitas.

Musica contempta.

Imprudencia.

N
Neglectus iniuriarum.

Impietas.

Nobilitas.

Ignania.

Nominis immortalitas.

L
Labor.

A **v**

Lasciuia.
Liqua.
Leuitas.
Luctoria.
Libido.

Handwritten marginal notes in red ink, including: 28. letis s. euidio 5.; 29. 54.; 30. 40.; 31. 41. 51.; 32. 26.; 33. 43.; 34. 40. 48.; 35. 44.; 36. 47. 16.; 37. 48.; 38. 49.; 39. 50.; 40. 50.; 41. 50.; 42. 26.; 43. 43.; 44. 44.; 45. 45. 26. 38.; 46. 46.; 47. 47. 16.; 48. 48.; 49. 49.; 50. 50.



O

Otium honestum. 50. 37
Optimates fures. 51.
Obtrectatio. 51.
Odium mulierum. 51.
Odium & inuidia. 51.

P

Prouidentia. 52.
Poenitentia. 52.
Princeps bonus. 53. 67.
Prodigalitas. 54.
Probitas. 54.
Pudor. 54.
Pax. 54.
Prudentia. 55.
Paupertas. 55.

proctus & homo
pifus 39
pauca 50
pripus
plura 58
pudicitia 58
pauca 62
pucy 67
pudor 68

pueritia 54
Respub. 19. 31.
36

R

Religio. 59. Retio. 58. Testis 59.
Religionis contemptus. 59.
Regnandi ratio optima. 60.
Rapacitas. 61. 60.

S

Senectus seu canities. 61.

S pntes
Silentio 66
Statue 40.
Scientia 44
Sophista. 64
Sperula 66.
Secum s. amicitia

Sepultura & funeris in-
epta cura. 62.
Sordes parsimoniacq;. 62
Seueritas. 62.
Superstitio. 63
Salse dicta. 64
Seruitus inhonesta. 64
Solitudo. 64
Sapientia & sapientia
amor. 64
Seruire scenae. 65
Seditio. 65
Scortum. 65
Sobrietas. 66

Symba s. Arrogantia

T

Taciturnitas laudata. 66
Turpiloquium. 67
Tempus. 67
Tyrannus & princeps.
malus. 67.

V

Vulgus. 69
Virtus. 68. 31.
Vindicta. 69.
Voluptas. 69.
Vicijsitudo rerum. 69.

Vini s. aliter
Vini. 14.
Vitiu. 15.
Vus s. eximiu
Vpor s. fides. ynet? 51. 54
Vocandus. 36.
Vita humana miscua 47

AMICITIA

CHIL O Lacedemonius quendam predi-
cantem, sibi nullum esse inimicum, roga-
uit, an ullum etiam haberet amicum, Sen-
tens, Amicitias & inimicitias sese inui-
cem consequi, Nec fieri posse, Quin qui multos habe-
at amicos, complures habeat & inimicos.

Socrates dicere solitus est. Nullam possessio-
nem pretiosiore uero bonoq; amico, Nec aliunde
plus fructus aut uoluptatis capi. Ita q; prepostere fa-
cere multos, qui pecunie dispendium grauius fe-
runt, quam amici iacturam, quiq; se beneficium
perdidisse clamant gratis collocatum, quum eo sibi
conciliarint amicum, quouis lucro potiore.

Aristippus illud cum primis damnabat, quod
homines in auctionibus, uasa diligenter inspicerent,
priusquam emerent, uitam eorum non inspicerent,
quos sibi in amicitiam adiungerent, At maior utilitas
est a fidis amicis, quam a uasis, & plus damni est,
ni deligas.

Diogenes dicebat ad salutem opus esse aut fi-
dis amicis, aut acribus inimicis, Eò quod illi monent,
hi redarguunt, Vtriq; diuersis quidem modis, sed
pariter profunt, dum per eos uitia nostra discimus.

Quodam tempore, cum Darij mater Hephæ-
stionem

stionem pro Alexandro adorasset, postea uero e' nu-
tu circumstantium, intellecto errore Alexandrum sa-
lutasset denuo, Tum Alexander, Nihil est o mater
quod turberis, Nam & hic Alexander est. Sentiens
amicum esse alterum Alexandrum.

Darius Xerxis pater, quum aperuisset pre-
grande malum punicum, & quidam ab eo sciscita-
retur, Cuius rei tantum numerum habere optaret.
quantus illic inesset granorum, Respondit, Zopyro-
rum, Is erat Dario fidus amicus & uir bonus. Signi-
ficauit autem, Regi nihil prius aut charius esse de-
bere probis & fidis amicis.

Arist. Rogatus Aristoteles, quid esset amicus, Vna
inquit anima, in duobus corporibus.

Dyonisius tyrannus, admiratus egregiam fi-
dem Damonis & Pythiae, Rogo, inquit, ut me quoq;
in amicitiam uestram recipiatis.

Scipio minor, dabat operam, ne quando e' fo-
ro rediret domum, priusquam sibi quocunq; modo
quenpiam eorum in quos incidisset, amicum reddi-
disset, Sentiens homini nullam possessionem esse me-
liorem.

A V A R I T I A .

Polyenus sophista ingressus aedes Aristippi, quum
uideret illic mulieres, & magnifice instructum con-
uiuium, coepit reprehendere, tantum in philosopho
luxum, Aristippus dissimulata obiurgatione, ali-
quanto

7
quanto post, potes ne, inquit hodie nobiscum esse?
Cum is non recusasset, Quid igitur inquit incusas?
Videris enim non lautio rem mensam reprehendere
sed impendium, id quod auari est.

Diogenes dicere solebat, Cupiditatem esse om-
nium malorum arcem, μητρόπολις.

M. Crasso dicenti Stoicorum esse dogma, Virum
bonum esse diuitem. Vnde inquit Cicero, ne magis hoc
sentiant, Sapientis esse omnia, Recte notans Crassi
auaritiam, cui nihil esset satis.

Rusticus quidam, quoniam gratuitam liber-
tatem suppliciter petens à Vespasione, repulsus est, *Rusticus*
non ueritus est clare dicere, Vulpes pilos mutat, *Vespasiano*
non mores, exprobrans illi naturæ rapacitatem &
auaritiam.

Anacharsis Scytha ac philosophus quum ro-
gasset quendam, quanta esset spissitudo tabularum
nauticarum, isq; respondisset, quatuor digitorum,
Tantillum inquit, absunt à morte, qui nauigant, No-
tans negotiatorum auaritiam, qui lucri gratia semet
in manifesta pericula conijciunt.

Bion Boristhenites in diuitem quendam sor-
didum, ita locutus est, hic facultates suas non possidet,
sed ipsum possident facultates.

ANIMI MODERATIO.

Charyllus lacon seruo audatius cum ipso a-
genti

Ira

genti N. iratus essem, inquit, occiderem te, Sentiens nihil recte dici fieriue ab irato.

Lacon quidam, quum adulterum apud uxorem eamq; deformem, deprehendisset, Miser inquit, que tibi fuit necessitas? Ad hunc modum nemo sibi hodie in adulterum temperabit, opinor

Ira

Chilo lacedemonius docebat uincendam iram esse, quod is adfectus sit ceteris potentior, quem superare fortius sit, quam hostem armatum deicere, Nec minus exitij mortalibus sit ab ira, quam ab hoste.

Socrates nuncianti quod quidam male de ipso loqueretur, Nimirum inquit, non didicit bene loqui.

Idem cuidam admiranti quod nihil in eum a quo maledictis incessabatur, comoueretur, Mihi inquit non maledicit, quandoquidem ea que dicit mihi non adsunt.

Diogenes cum de non irascendo accurate disseruisset, & adolescens quidam proteruus, uelut periculum facturus, prestaret ne re ipsa que dicebat, in faciem illi inspuiisset, Tulit hoc leuiter, dicens, Non quidem irascor, sed dubito tamen an irasci oporteat.

Philippus Macedo, Indignantibus amicis, & Peloponnesij ipsum in olympijs sibilis deriderent, presertim beneficijs a rege adfecti, Quid igitur inquit, futurum est, si quid illis fatiamus mali.

Ptolomeus Lagi filius, cum grammaticum quendam notasset inscitie, querens ab eo quis esset

Pelei

8

Pelaei pater, Vicissimq; audisset, dic tu prius, quis sit
Lagi pater, Amicis inuitantibus ad tantae improbi-
tatis uindictam, Si regium est, inquit, non pati ut a
quoquam dicto attingatur, Nec illud regium est,
Quenquam dicto laceffere. Pyrrhus Epirotarum
rex, in Ambratia cum amici suaderent, ut quendam
maledicum, multa in ipsum blaterantem, expelleret,
Satius est, inquit, ut hic apud paucos nobis maledi-
cat, quam apud omnes obambulans.

ARROGANTIA

Arystippus cuidam iactanti se quod esset
πολυμαθης hoc est multiplicis eruditionis, Quem
admodum inquit, non hi qui plurimum edunt excer-
nuntq; melius ualent ijs, qui sumunt quantum opus est,
Ita non qui plurima, sed qui utilia legerunt, studiosi
& eruditi habendi sunt.

Diogenes, cum Platonis culcitram calcans, di-
ceret calco fastum Platonis, Calcas inquit Plato, sed
alio ac maiore fastu.

Idem Diogenes Cuidam de rebus celestibus ad
ingenij ostentationem multa differenti, Quam nuper
inquit de celo uenisti?

Antigonus Macedo, ubi audiuit reges in ipsi-
us exitium conspirasse, Respondit se illos omnes ue-
lut aues semina legentes uno lapide, unoq; clamore
disturbaturum.

Cum M. Liuius sibi postulasset acceptum re-
ferri,

n. Anology

ferri, quod in arce presidium habuisset, ceteris arrogantiam hominis ridentibus, Vera, inquit, Fabius, narras, Nam nisi tu ciuitatem amisisses, nequaquam ego recepissem.

Scipio Africanus dicere solebat, ij quibus sunt equi ferotiores, tradunt eos domitoribus ut ijs facilioribus uti possint, Sic homines arrogantes & rebus secundis effrenatos, sibiq; praesidentes, tanquam in gyrum rationis ac doctrinae duci oportere, ut perspecta rerum humanarum imbecillitate, uarietateq; fortunae reddantur moderatiores.

Domitianus notans Metium quendam sibi immodice placentem, dicere solitus est, Vellem tam formosus esses, quam Metius sibi uidetur.

Bion Boristhenites dicebat, Arrogantiam esse profectus obstaculum, Indocilis enim est, qui mauult doctus uideri, quam doctus esse.

Demetrius Phaleraeus dicebat supercilia pusillum esse membrum, tamen totam obfuscare uitam, insuaues enim sunt ad omnem uitae consuetudinem tristes, ac superciliosi.

ASSENTATIO

Diogenes interrogatus que bestia morsum haberet nocentissimum, Si de feris inquit, interrogas, obtrektor, Si de cicuribus, adulator.

Idem orationem blandam non ex animo proficiscentem, sed ad gratiam compositam, dicere solebat, mel-

bat, melleum laqueum, quod blande amplectens hominem iugulet.

Idem dicere solebat, Periculosius esse incidere in adsentatores quam coruos.

Phocion Atheniensis, Demostheni dicenti. Occident te Phocion Athenienses, si quando insanire ceperint, Respondit, Me quidem si insanire ceperint, Te uero, si ad sanam mentem redierint, Significans Demosthenem omnia ad gratiam loqui.

Thales Milesius interrogatus quid esset difficile, Scipsum, inquit, nosse, Quisq; enim sibi adulator est.

Antisthenes philosophus aiebat, si ad alterum adigeret necessitas, Satius esse in coruos incidere, quam in adultores, Nam corui non comedunt, nisi mortuos, adulator etiam uiuos deuorat.

Crates Thebanus aiebat, Eos qui cum adulatoribus uiuerent, esse desertos, non aliter quam uituli sint inter lupos, Neq; enim illos adesse, quos oportet, neq; cum ijs qui adsunt habere societatem, quum sint insidiatores.

ADULTERIVM.

Cum quidam Diogeni resserrent Didymonem moechum comprehensum, dignus est, inquit, ex ipso nomine suspendi, porro didymi grecis testiculi dicuntur, Ab ijs igitur unde nome habebat, et quibus

B peccarat

peccarat uult eum suspendi.

Alex.

Quum puella multa nocte ad Alexandrum magnum esset deducta, cum eo dormitura, rogauit rex, ubi fuisset tam diu, illa respondente, se expectasse donec maritus isset cubitum, ministros accitos acriter obiurgabat. Reducite hanc, inquit, paruum enim absuit, quin uestra culpa factus fuerim adulter, peregregium castitatis exemplū tum in iuuenetum in rege.

Demosthenes aduersus Demadem, clamantem, Demosthenes me corrigere uult, sus Mineruam, At ista, inquit, Demosthenes Minerua, anno superiore in adulterio deprehensa fuit, Demadi obiecit adulterium, quum Mineruam poetæ faciant uirginem.

Dionisius tyrannus, quum intellexisset filium cui principatum relicturus erat, ingenui uiri coniugem adulterasse, iratus interrogauit, An unquam tale quicquam in patre conperisset, Hic adolescens, Tu, inquit, non habebas patrem regem, Nec tu inquit Dionisius, filium regem habiturus es, ni talia perpetrare desinas.

Thales Milesius, adultero cuidam percontanti, an abiuraturus esset adulterium, Non est inquit, periurium adulterio peius.

Faustus Syllæ filius in sororem, quæ eodem tempore cum duobus adulteris haberet consuetudinem

nene

10
nem, Fulvio fullonis filio, & Pompeio cognomento
Macula, facetissime lusit, Miror inquit, sororem
meam habere maculam, quum fullonem habeat

L. Galba scurra interrogatus de eo quid senti-
ret, qui fuerat in adulterio deprehensus, Tardus,
inquit, mihi fuisse uidetur, Ludens ab inexpectato,
Adeoq; significans, quod non fugisset in tempore.

Libo, quum Seruio Galbae dixisset, Quando
tandem Galba exibis de triclinio tuo, mox audiit,
Dum tu de cubiculo alieno.

Sparta quidam uetustissimus Gerada, inter-
rogatus, quid poenarum darent apud Spartanos adul-
teri, Nullus inquit, apud nos adulter est, Et quo pacto
Spartae existat adulter, in qua diuitiae, delitiae, &
corporis adscititius cultus probro habentur?

ALITER VIVERE, QUAM DOCEAS.

Qui de uirtute loquerentur, nec recte uiuerent,
Eos Diogenes dicebat Citharae similes, quae sono
prodesset alijs, Ipsa nec sentiret nec audiret quicquam.

Interrogatus Thales Milesius, quo pacto quis
optime & iuste uiueret, Si inquit, quae in alijs re-
prehendit ipse, ea ne faciat.

Antisthenes philosophus dicebat, Virtutem
esse rem operum, non autem plurimis uerbis mul-
tisq; disciplinis egere, Id quod Horatius, quoq; notat,
Virtutem uerba putas, ut lucum ligna.

B ij

Epictetus

Epictetus philosophus, Eos qui barba & pal-
lio, uerbisq; magnificis philosophos agebant, dicere
solebat, Esse philosophos, uerbis tenuis, factis procul.

Cleanthes Assius dicere solebat, Peripateti-
cis idem accidere quod lyrae, quae quum alijs bene
sonent, seipsas non audiunt, Sentiens Peripateticos
preclare docere, sed uitam à doctrina longe lateq;
dissidere.

AMBITIO

Philippus Macedo in palestra prolapsus,
quum surgens uidisset in puluere corporis uestigi-
um, Papae inquit, ut minimam terrae partem natura
sortiti, orbem appetimus uniuersum?

Auaritia

Tymon Atheniensis dixit, duo praecipua esse
malorum omnium elementa, Auaritiam ac ambitionem,
Ambitio profundit, quod auaritia male collegit.

Alexander magnus, patri hortanti ut in
olimpijs stadium decurreret, pollebat enim corpo-
ris & pedum celeritate, facerem, inquit, si reges
concertatores haberem.

Alex. indi

Idem cum audisset Anaxagoram differen-
tem, multos esse mundos, illachrimasse dicitur, Ro-
gantibus cur lachrimaret, An non uideor, inquit,
merito flere, qui quum mundi sint innumerabiles,
nos nondum unius domini facti sumus.

Julius Caesar, quum Romae pontificis maximae
dignitatem

11.
dignitatem ambiret, competitore Quint. Catulo uiro potentissimo, matri ipsum ad fores deducendo, Hodie, inquit, mater, aut pontificem maximum habebis filium, aut exulem.

Idem legens res gestas Alexandri, fleuit, adque amicos, hoc inquit, ætatis qua nunc sum, Alexander uicit Darium, Mihi ad hunc diem nihil preclari facinoris gestum est,

Quum M. Octavius duas habens legiones haud procul ab Utica, à Catone Uticense postularet, ut inter ipsos de imperio statueretur, Cato nihil respondit, Sed ad amicos conuersus, Quis iam miretur, inquit, rem male gestam esse, quum in ipsa morte, in nostris uideamus domi uandæ cupiditatem, Significans, ambitione ducum rem male gestam esse.

Quum Genethiaci Chaldei Agrippinæ Neronis matri respondissent, imperatorum quidem filium, sed occisurum matrem, Occidat, inquit, modo imperet.

Alcibiades Socrati miserat munus præclarum, Id quum Socrates uideretur recusaturus, Xantippe dissuasit, dicens donum esse magnificum, & indignum quod respueretur, Tum Socrates, Alcibiades hec mittit ambiciose, & nobis nostra est ambitio, sentiens interdum esse magnificentius, magna respucere, quam magna largiri.

B iij

BONORVM

BONORVM CONMERTIVM Querendum.

Hippocratidas Lacon, quom aliquando obuius fuisset adolescens, quem amator sequebatur, erubescenti adolescentulo, Cum his, inquit, oportet ambulare cum quibus conspectus, non mutet colorem.

Diogenes Adolescenti ad conuiuium eunti, deterior, inquit, redibis. Reuersus adolescens quum Diogeni dixisset, Iui nec redij deterior, Inquit, deterior igitur, indicans fieri non posse, quin adolescens e temulento conuiuiuo redeat deterior.

BONA ANIMI.

Dionysius Milesius Sophista insignis, in Heliodorum, quem Adrianus Caesar unice amabat, torsit hoc dictum, Caesar honores & pecuniam potest largiri, Rhetorem facere non potest. Caesar enim studio magis quam iudicio fecerat eum magistrum epistolarum.

Antisthenes dixit, Ea paranda esse uiatica, que simul cum naufragio enatarent, Sentiens bonas artes ubiq; esse in pretio, nec posse a fortuna cripi.

Pythagoras, tria bona precipue dicebat a dijs optanda in hac uita, Bonam ualitudinem, formam, ac diuitias, Quod homo cætera sibi prestare posset, Quanquam illud ὑγιαινειν minus ad animi sanitatem quam ad corporis pertinet.

Vide, si libet, locum, Cultus animi.

BONORVM

12

BONORVM RARITAS.

Interrogatus Diogenes, in qua Grætiæ parte viros bonos uidiſſet, Viros ait nuſquam, Sed Lacedemone uidi pueros, ſignificans, uiros eſſe pueris deteriores, quum ab his oporteat pueros inſtitui.

Idem tempore quodam lucernam accenſam geſtans, obambulabat in foro clariffima luce, querenti ſimilis, Rogantibus quid ageret, Hominem, inquit, quero, indicās ita ciuitatis mores corruptos, ut uix homine digni ſint.

Diogenem redeuntem ex Olimpijs interroga-
bat quidam, uidiſſet ne illic turbam plurimam, Tur-
bam, inquit, multam uidi, homines per paucos.

Antifthenes dicebat, Satiuſ eſſe cum paucis bonis pugnare, aduerſus omnes malos, quam cum multis malis, aduerſus paucos bonos, Vel quia in bello non tam multitudo, quam uirtus militū, ac ducum parit uictoriam, Vel quia preſtat eſſe de numero bonorum, qui ubiq; pauci ſunt, quam de grege malorum, quorum ubiq; magna eſt copia.

Chryſippus cuidam reprehendenti, quod non apud Ariſtonem cum pluribus, operam daret philoſophiæ, Nuquam, inquit, philoſopharer, ſi cum pluribus auſcultarem.

Vopiſcus in diuo Aurelio, refert Apophthegma ſcurræ cuiuſdam, qui dixerit, In uno annu-

B iij lo bonos

lo bonos principes omnes sculpi posse, Sentiens
magnum esse imperatorum numerum, sed in ijs per=
paucos bonos.

BENEFICENTIA ET LIBERALITAS.

Philippus Macedo, quum Thebis esset obses,
Philonis Thebani hospitio usus est, multisq; insuper
beneficijs ab eo adfectus. Is cum uicissim nihil mune=
ris, a Philippo uellet accipere, Ne me inquit, Phi=
lippus, beneficentia superatum, hac laude spolies,
quod hactenus a nemine beneficijs uictus fuerim.

Alexander cum Perillus quidam ipsius ami=
cus, filiabus suis ab eo dotem peteret, iussit illum ca=
pere talenta quinquaginta, Cumq; is respondisset,
decem satis esse, Tibi quidem, inquit satis est tantum
accipere, Mihi uero non satis est, tantum dare.

Taxiles, unus e numero regum Indiae, occur=
rens Alexandro, Prouoco, inquit, te, non ad pugnam
neq; bellum, sed ad aliud certaminis genus, Si inferior
es, a nobis accipe beneficium, Sin superior, nobis be=
nefacito, Cui Alexander, Atq; ob hoc ipsum certare
nos oportet, uter benefaciendo superet alterum.

Idem Alexander rogatus, ubi reponeret suos
thesauros? Apud amicos, inquit.

Antigones Macedo, Aristodemo cuidam, sua=
denti ut impendijs ac largitionibus aliquid detrahe=
ret, uerba, inquit, tua Aristodeme ius olent, Subindi=
ca: 15

13.
cans parsimoniam coquorum esse non regum.

Artaxerxes longimanus, dicere solebat, Regalius esse addere, quam adimere.

Dyonisius tyrannus, quum ad filium ingressus, conspexisset uasculorum aureorum & argenteorum magnam uim, exclamans, Non est, inquit, in te regius animus, qui his poculis, quæ a me tam multa accepisti, neminem tibi amicum pararis.

Bion Boristhenites dicebat, optabilius esse suam messem alteri largiri, quam alienam decerpere.

Fabius Max. dicere solebat, Absurdum uideri, si quum equos & canes uenaticos familiaritate ciboq; cicuremus, potiusquam catenis & uerberibus, homines feroces animo, non humanitate ac beneficijs nobis conciliemus, sed asperiores in illos simus, quam agricolæ sint, in caprificos, malos siluestres ac oleastros, qui has non protinus excidunt, sed insitione docent mansuescere.

Vespasianus filius, super cænam aliquando recordatus, quod eo die nemini quicq; prestitisset, memorandam illam, meritoq; laudandam uocem ædificauit, Amici, diem perdidisti.

BELLVM

Iulius Cæsar Metello obsistenti, ne pecunias ab ærario tolleret, ac leges id fieri uetantes, proferret, Non, inquit, idem legum & armorum tempus est,

B v Quasi

Quasi uero leges opprimendæ bello sint ac non potius tuendæ.

Teres Sitalci pater, dicere consuevit, Quoties esset in otio, nec militia exerceretur, se nihilo meliorem esse equisonibus. Hec uox quid aliud sonat, quam barbaricam inmanitatem, Quasi pacis tempore desit quod agat bonus princeps.

Meneclides quidam suasit Thebanis, ut pacem haberent bello potiolem, Cui Epaminondas, fallis, inquit, ciues tuos, qui otij nomine eos ad seruitutem uocas, Pax enim bello paratur.

C. Marius, mille Camerinos, qui se in bello contra Cimbrostrenuos uiros prestitissent, honore Romanis æquauit, idq; preter ius, Ad eos uero qui factum hoc reprehendebant, respondit, Se ob armorum strepitum uocem legum audire non potuisse.

Pertinax ad imperium ascitus, tribuno symbolum dari iussit, Militemus, belli scilicet omen, Contra Antoninus pius, Laboremus, pacis scilicet omen.

CONTINENTIA ET FRUGALITAS

Admonitus Agesilaus ut aliquid de uite rigore remitteret, At ego, inquit, me consuefatio, ut quecunq; inciderit fortune mutatio, ne queram ipse mutationem.

Alcamenes Lacon, exprobranti cuidam quod frugaliter

frugaliter uiueret, cū amplas facultates possideret, respondit, Decet eum qui multa possidet, pro ratione non pro libidine uiuere.

Quodam Archidamo Laconi, uinum suaue pollicenti, Quorsum, inquit opus? Quandoquidem & plus absumetur, & quæ uiros decent fortes redet inutiliora.

Vini

Leontychidas Lacon, percontanti cuidam, quamobrem Spartiatae parcissime biberent, Ne, inquit, pro nobis alij, sed nos pro alijs consulamus.

Lacedemonij, perseuerabant absq; tunicis uestem unicam accipientes, corporibus squalidi, quippe a balneis & unguentis in totum abstinentes. Hoc tamen etsi inter apophthegmata non numeretur, Tamen negligendum non fuit.

Socrates cum admoneretur ab amico, quod excepturus hospites tenuem fecisset adparatum, Si boni inquit sunt, satis erit, Sin minus, plus satis.

hospites

Idem dicebat, Optimum condimentum esse famem, quod & omnia edulcaret, & nullius esset impendij.

fames

Idem dicebat, Eo temperamento sumendum cibum, ut nec corpus nec animus oneretur.

Idem dicere consueuit, Eum dijs esse simillimum, qui quam paucissimis egeret, quod dij nullius omnino rei egeant.

Aristippus, cum famulus in itinere pecuniam gestans

gestans onere premeretur, Abijæ, inquit, quod nimium est, & fer quod potes.

Amul
Quum apud Antipatrem cænaret Alexander, Isq; formosam psaltriam induxisset, Alexander aspectu motus, exarsit in illam, Mox rogauit Antipa. nunquid ipse mulieris amore teneretur, Illo confitente, O scelste, inquit, Non tu protinus abduces e conuiuio mulierem?

Cyrus abstinebat à conspectu Pantheæ & Arraspo dicenti, Mulierem esse insigni forma, dignam regijs oculis, Ob istuc ipsum, inquit, magis est ab ea abstinendum.

Artaxerxes alter, In fuga quadam, quum direpto illius commeatu, aridis ficis & hordeaceo pane uesceretur, Dij boni, inquit, cuiusmodi uoluptatis hactenus inexpertus fui?

Epaminondas Thebanus, aliquando uocatus ad cænã à uicino, quum reperisset apparatus bel-lariorum, obsoniorum & unguentorum, abiit dicens, Ego te sacrificare putabam non delitiari & illudere.

CULTVS ANIMI

Speculor
Socrates, hortabatur iuuenes ut se subinde ad speculum contuerentur, quò si egregia essent forma nihil ea committerent indignum, Sin minus, quod corpori deesset, Id ingenij cultu pensarent.

Diogenes conspiciatus adolescentulum philosophiæ dantem operam, Euge, inquit, Corporeæ formæ amatores

ma amatores ad animi pulchritudinem auocas.

Thales Milesius dicebat, Non esse fucandam
fatiem, sed animum honestis studijs excolendum,
quod ea re omnium bonorum paretur amicitia.

fing

Antisthenes Atheniensis, admonebat paran-
da esse uiatica, quæ simul cum naufrago enatarent.

Viatum

Idem renuntiari ciuibus suis iussit Aristip-
pus, naufragio liberatus.

Adolescens quidam curarat se ex ære scul-
pendum, & ad eam imaginem sese conformabat,
Huic Antisthenes philosophus, Si æs posset uocem
ædere, qua de re potissimum gloriaretur? De pul-
chritudine, inquit, adolescens, Non igitur, inquit,
erubescis, qui cum in animo gloriaris? Significans,
magis gloriandum de cultu animi, quam de forma.

CALVMNIA ET MALEDICENTIA.

Thearidas Lacon quum gladium cote acueret
Rogatus à quopiam, Num acutus esset? Acutior, in-
quit, calumnia, indicans, Rem nocentissimam esse ca-
lumniam.

Lysander Lacon, ad quendam à quo conui-
tius impetebatur, Dic, inquit, adsidue ô amicule, dic
dic, nihil omittas, Si quâ tuum animum malis, quibus
plenus uideris, ualeas exonerare.

Plystarchus Lacon, Cuidam referenti ip-
sum à maledico quodam laudari, demiror. inquit, Si
quis

quis illi dixit me mortuum esse, Nam ille de uiuo lo-
qui bene possit nemine.

*C*hilon Laedemonius, docebat, neminem con-
uitijs lacesendum, ne si dixerimus quae lubet, audi-
amus uicissim quae dolent.

Idem uetuit de mortuis male loqui, quod re-
spondere non possent.

mortuij

Philippus Maedo, aiebat, se primoribus
Atheniensium plurimam habere gratiam, quod suis
conuitijs efficiant, ut ipse tum oratione tum mori-
bus fieret melior, dum conor, inquit, illos dictis pari-
ter ac factis mendatij arguere.

Demosthenes quum à quodam conuitijs incesse-
retur, Comitator, inquit, in certamen, In quo qui supe-
rior euaserit inferior est, & qui uicerit, uictus est.

Memnon dux, quo tempore bellum gerebat
aduersus Alexandrum, militem quendam mercena-
rium, Alexandro petulanter maledicentem, hasta
percuisset, Ego te, inquiens, alo, non ut illi maledicas,
sed ut cum eo pugnes.

Cato senior à quodam, multis nominibus im-
fami, uexatus, Impar mihi, inquit, tecum certamen
est. Nam ut tibi & maledicare & male audire facil-
issimum est, Ita mihi maledicare insuaue, male audire
insolitum.

ais.

Aristoteles quum accepisset quendam in ip-
sum dixisse conuitia, Absentem, inquit, uel loris ce-
dat, docens

16
dat, docens ea prorsus contemnenda, quæ non le-
dunt, nisi quis se ledi putet.

Zeno interrogatus, Quo pacto adfectus esset
erga conuitia, perinde, inquit, atq; si Legatus absq;
responso dimittatur. Significans eos qui non habent
quod respondeant, ad conuitia solere confugere,
eaq; non pluris fieri oportere quam si nihil sit re-
sponsum.

CVRA PREPOSTERA.

Diogenes reprehendebat homines quod lucta,
alijsq; his similibus se exercerent, ut periti euadant,
nullos autem in hoc incumbere, ut probi & honesti
euaderent.

Idem Musicos accusabat, quod in cithara di-
ligenter aptarent chordas ad concentus, cum mores
haberent inconcinnos.

Quum quidam Catoni dixisset. Eamus de am-
bulatum, & adolescens quidam interpellasset. Quid
opus erat, de? Imo, inquit, Cato, quid opus erat te?
una litera mutata, significauit ipsum potius esse su-
peruacaneum in uita, quam, de, in uerbo.

Bias Prienæus Impio cuidam sciscitanti, quid esset
pietas, nihil respondit, Roganti cur sileret, Quoniã
inquit, percõtaris de rebus nihil ad te pertinentibus.

Chrysippus ad dialecticum quendam, Clean-
thi multis ac prolixis sophismatibus obstrepentem,
desine, inquit, scenem à magis ad rem pertinentibus
auocare,

auocare, à nobis iunioribus ista promitto.

musiq
mathem
3
Diogenes musicos accusabat quod in cythara diligenter aptarent chordas, cum haberent mores inconcinnos. Reprehendebat & Mathematicos, quod solem, lunam, stellas intuerentur, non uidentes ea que essent ante pedes.

CVRIOSITAS

Socrates frequenter in ore habebat Hesiodi-
um illud, Aedibus in nostris quæ praua aut recta ge-
runtur.

astrolog
Idem de astris deq; meteorologis disputanti-
bus dicere consuevit, Quæ supra nos nihil ad nos.

Xenocrates dicebat. Nihil referre utrum o-
culos an pedes inferas in ædes alienas, uidelicet de-
terrens ab omni curiositate rerum nihil ad nos atti-
nentium.

Cyniq
Crates Thebanus uulgo dictus est θυρεπα-
δοικτης, quod in omnes domos irrumperet, & si
quid displicuisset reprehenderet, idq; Cynica liber-
tate.

CONSTANTIA

pompeij
Cesar
Quum Catonem Uticensem amici hortarētur,
ut deploratis Pompeij rebus ad Cæsarem confuge-
ret, Respondit, Victorum esse, & eorum qui deliquis-
sent supplicare, Catonem nec uictum nec captum es-
se, qui se per omnem uitam inuictum prestitisset, ac
Cæsarem iustitia longe superasset. Cæsarem potius,
uictum

uictum esse, qui bellum quod se aduersus patriam
moliri negasset, nunc id egisse conuictus sit, Proin
pro se Cæsarem orarent, qui uellent, pro Catone ne
minem orare debere.

Zantippe de Socrate marito predicare solet,
quod semper uidisset illum eodem uultu reuerten
tem domum, quo exierat, Argumentum uere con
stantis animi, quum alij domo egressi, si quid triste
accidat, redeant turbidi, Si quid leti, gestientes.

Gravius C. Cæsaris quæstor cum uenisset in Sci
pionis potestatem, Isq; direptis quæ in naue erant
salutem illi polliceretur, Respondit, Cæsaris milites
salutem dare non accipere consueuerunt, Tantum
locutus pugione se confodit, Tanta erat in Cæsare
constantia.

CONSILIVM.

Augustus Cæsar dicebat, Eum se Romanis im
perij successorem relicturum, qui nunq̄ eadem de re
bis consultaret, Tiberium intelligens.

Populus Atheniensium, à Demosthene flagita
bat, ut quendam accusaret, Id cum recusaret, cepit
populus in ipsum ut solet, uociferari, Tum surgens,
uos me uiri Athenienses consultorem habetis uel in
uiti, Calumniatorem autem non habebitis etiam si ue
litis.

Cum Euribiades baculum sustulisset in The
C mistoclem

ra
res
os,
tes

di=
ge=

iti=
os.
o=
de=
tti=

ra=
si
er=

ur,
ge=
uis
es=
ac
us,
um

mistoclem obstreperem, Percute, inquit, Themistocles, sed tamen audi. Presens animus & suo fidens consilio.

Antoninus Pius nihil solitus est agere, nec in bellicis negotijs, nec in ciuilibus, de quo non prius conferret cum grauibus uiris, dicens, Aequius est, ut ego tot talium amicorum consilium sequar, quam ut tot tales amici, meam unius sequantur uoluntatem.

Pescenninus Niger, Consiliarijs addidit salaria ne grauarent eos, quibus assidebant, dicens, Audicem nec dare debere nec accipere.

bellus
Lacedomonij si quando stratagemate, hoc est, callido consilio superassent hostem, Marti bouem immolabant, Sin aperto prelio, gallum, sic consuefacientes belli duces, ut non solum fortitudine, sed & consilij callidis predicti essent.

Euripides dicere consuevit unicum consilium rectum, magnam militum manum uincere.

Thales rogatus quid esset facile, Alteri, inquit, dare consilium.

Demosthenes Epicli opprobranti quod semper meditaretur, dicturus, Erubescerem, inquit, optimo iure, si tantæ multitudini consulens dicerem ex tempore.

CLEMENTIA

Agésilauſ cū Chorintiorū uires strage fregisset,
eoq; ut

eoq; ut urbem oppugnaret ipsam hortarentur quidam, Respondit. Peccantes ad officium cogere consueui, Non nobilissimas ciuitates subuertere.

Cleomenes Lacon cum è ciuibus quispiam apud eum diceret, Bonum regem omnino erga omnes mitem & placidum esse oportere, Respondit, Sed haec hactenus, ne sit contemptui, significans erga bonos utilem, erga improbos inutilem esse clementiam.

Antigonus Macedo, Amicis suadentibus ut si Athenas caperet, ualidis presidij illam communi-
ret ne deficeret, Respondit, Semper in ea fui sententia, ut credam nullum regni presidium esse firmitus, quam ciuium beneuolentiam.

Cæsar Augustus L. Cinnam, adolescentem nobilem uitæ ipsius insidiantem, hocq; nomine apud ipsum uere delatum, Liua uxore Cæsaris consulente, solum ad colloquium accersi iussit, & obiurgauit, Adeoq; orationem sic finijt, Vitam tibi Liua iterum do, prius hosti (siquidem in hostium castris antea repertus & Cæsaris beneficio seruatus fuerat) nunc insidiatori & parricidæ, Ex hodierno die inter nos incipiat amicitia, Contendamus utrum ego meliore fide uitã tibi dederim, An tu mihi debeas, Vis exitum? Cinnam habuit perpetuo amicissimum. Solus illi heres fuit, Nullis amplius insidijs ab illo petitus est.

Tymagenes historiarum scriptor, multa petulanter in eundem Augustum, adeoq; in totam illius

C ij domum

domum dixerat, Caesar illum admonuit, ut moderatius lingua uteretur, Cum perseveraret male loqui, nihil aliud, quam domo sua illi interdixit.

Cum inter coniuratos Bruti deliberaretur, An una cum Caesare occidendus esset Antonius, Brutus dissuasit, dicens, Hoc negotium quod pro legibus ac iure suscipitur, oportere omni carere iniuria.

Demonax dicebat, Nequaquam hominibus irascendum esse si delinquerent, Sed corrigenda vitia exemplo medicorum, qui non indignantur aegroto, sed morbo medentur.

Alphonsus Arragonum rex admonitus, Ne nimia leuitas iret in contemptum, & ex contemptu nasceretur pernities, Magis, inquit, cauendum, ne seueritas conciliet inuidiam, unde maius exitij periculum.

CONCORDIA

Scilurus Scytha, octoginta habens liberos masculos, quum esset moriturus, fasciculum iaculorum singulis porrexit, iussitq; rumpere, Id quum singuli faterentur impossibile, ipse singula iacula exemit, facileq; fregit, filios admonens ijs uerbis, Si concordēs eritis, ualidi inuictiq; manebitis, Contra si dissidijs & seditione distrahemini, expugnati eritis faciles.

Interrogatus Agesilaus, Cur Sparta non cingeretur moenibus? Respondit, Ciuitatem non saxis lignisue, sed incolentium uirtute muniri oportere, quos
si iungat

C. 1. 1. 1.

19
si iungat concordia, nullus potest esse murus inex-
pugnabilior.

Antisthenes dicere consuevit, Fratrum con-
cordiam quouis muro firmitus esse munimentum.

Leo Byzantius, quum ad populum prodisset, **N**
dicturus de concordia ipsa, statim specie risum mouit
populo quod obesus esset, At ille nihil turbatus risu,
Quid, inquit, ridetis, uiri Athenienses? uxor mihi
est multo obesior, & tamen concordēs unus capit
lectulus, discordēs uix tota capit domus.

DISCIPLINA CIVILIS ET MILITARIS

Rogatus Agesilaus, Cur Spartanorum respublica
pre ceteris floreret, Quoniam, inquit, plus ceteris in
hoc se exercent, ut pariter & imperare & parere
sciant. **Respub.**

Theopompus Lacon, dicente quodam, Ideo
seruari rempublicam Spartanam, Quod imperare
reges scirent. Imo, inquit, Quia ciues parere sciunt,
Laudans rectam ciuium institutionem.

Pyrrhus Epirotarum rex, ei cui delectum
militum commisit, dixisse fertur, Tu grandes elige,
Ego eos fortes effitiam. Significans institutione bo-
num militem fieri.

Epaminondas, quum studeret Boeotos otio dis-
solutiones, continenter in armis habere, simul ut
creatus est Boeotiae imperator, His uerbis illos ad-
hortatus est, Posthac consultate uiri, Nam si ego mili-

C iij tia prefectum

tie Prefectum agam, uobis militandum est.

Scipio in Sicilia percontanti cuidam, qua re fretus classem educere pararet in Africam, ostendit uiros armatos trecentos, preterea turrinam excelsam mari imminentem, & ait, Nullus horum est, qui non conscensa turri, semet in mare precipitaturus sit, si iussero. Sentiens non perinde referre, quam numerosam educas multitudinem, modo fortis dux educat exercitatos, & dicto audientes.

Paulus Aemilius consul aduersus Perseum ac Macedones designatus, quum multam confidentiam ac loquacitatem cõperisset in castris militum, offitia ducum sibi uindicantium, iussit illos quiescere, nec aliud quicquam agere, quam ut enses acuerent, cetera sibi curæ fore.

Sergius Galba, in grauißimis bellis seuerißima disciplina habuit milites suos, adeo, ut simulatq; uenisset in castra, protinus uulgaretur Trochaicus ille, Disces miles militare, Galba est non Getulicus.

DIVITIAE ET DIVITIARVM VSUS.

Aristippus reprehensus, quod ab amicis acciperet pecunias, Ait se non ideo accipere, ut uteretur ipse, sed ut illi discerent, ad quas res utendum sit pecunijs ut que non in luxum perdenda, sed bonis uiris si egeant, distribuenda sit.

Dyonisius Tyrannus quum audiret quendam
è ciuibus

20.
ē ciuibus aurum habere domi defossū, id ad se de-
ferri iussit, uerum posteaquam is suffuratus auri
paululum in aliam urbem commigrasset, ibiq; mer-
catus esset agrum, reuocato Dyonisius totum aurum
reddidit, ut qui iam diuitijs uti cœpisset, desissetq;
rem utilem, inutilem reddere.

Epaminondas cuidam egeno mandauit, ut à
quodam ex ipsius amicis talentum acciperet, petijt
& accepit, Amico percontanti cur id iussisset, Quo-
niam, inquit, ille quum probus sit inopia premitur.
Tu uero diues es multa de publico depeculatus.

Solon Salaminius dicebat, Opulentiam esse
matrem saturitatis, saturitatem ferociae & uolentiae.
Diuitias committatur luxus, luxus exit in tyranni-
dem, dum foenum migrat in cornua.

Anaxagoras Clazomenius, post diutinam pe-
grinationem domum reuersus, repperit, patriam
possessionesq; suas desertas, proinde dixit, Nisi ista
perissent, ego saluus esse non poteram.

Bion Boristhenites, diuitias dicebat esse neruos acti-
onum, quod sine his nihil agatur, Alius dixit neruos
belli.

Lampis negotiator, interrogatus quo modo si-
bi parasset diuitias. Magnas, inquit, haud difficulter,
Exiguas uero cum labore. Sentiens, initio paulatim
magnaq; uigilantia corrasam pecuniam. Ceterum
iam parata ingenti sorte, facile est amplis lucris di-
tescere.

Deus

C iij

Deus

DEVS

Socrates dicebat, Deos omnium optimos ac felicissimos, Ad horum similitudinem quo quisq; accederet propius, eó & meliorem esse & beatiorem, Si pro deos dicas deum nihil dici potuit Christianius.

29
Philosophi vulgo hoc nomine male audiebant, quod deos aut non crederent esse, aut contemnerent, Hoc inueniens Lysias interrogabat Diogenem, Crederet ne esse deos, Qui, inquit, conuenit ut non credam, quum persuasum habeam, te dijs inuisum esse.

Chilo Lacedemonius interrogatus quid ageret Iuppiter, Exælsa, inquit, deprimat, depressa extollit.

Quum Pompeio res infeliciter cederent, & ad Cæsarem inclinaret uictoria, Cato dicebat in rebus diuinis multum esse caliginis, quod Pompeio preterius agenti fuissent omnia prospera, Causam reipuenti nihil succederet.

Thales rogatus, quid esset omnium uetustissimum. Respondit. Deus, Quur ita? quia nunquam esse coepit.

Idem rogatus num lateret deos homo iniuste agens, Respondit, Ne cogitans quidem.

Ne
Xenophon dicebat tum maxime colendos esse deos, quum homini res sunt secundæ. Ut quum inciderit necessitas, confidenter illos imploremus, utpote beneuolos iam & amicos, At nunc vulgus contra facit, in felicitate, profunda est deorum obliuio, quum urget calamitas,

21.
calamitas, tum demum ad illos confugimus.

Pytho Byzantius, Laudantibus ipsum Atheniensibus ob res feciliter gestas, Dijs, inquit, habenda est gratia, quibus autoribus hoc facinus gestum est. Nam ipse nihil aliud quam operam & manum commodauit.

DUX BONVS.

Quum seniores Numantini uictis suis ignauiam exprobrarent, qui nunc eos fugissent, quos toties in fugam uerterant, Numantinus quidam respondisse fertur, Nunc quidem oues eadem sunt, sed alius pastor, Significans, ducem Scipionem causam esse mutatae fortunae.

Lucullus imperator, Ad direptionem incitantibus, dixit se malle unum militem Romanum, ex hostium manibus eripere, quam uniuersam hostium fortunas sibi uindicare.

Sylla cognomento Foelix, quum apud Orchomenum milites longius euagarentur, ordinibusque perturbatis fugam caperent, Sylla ex equo defiliens, arrepto uexillo, in hostem conuolat, ita uociferans. Mihi quidem o Romani milites hic pulchrum est mori, Vos interrogati, quo loco ducem uestrum amiseritis, meminertis dicere apud Orchomenum, Ea uoce suos reuocauit.

Photion Atheniensis interrogatus ab oratoribus, quid ipse boni fecisset reipublicae. Nihil aliud, C v inquit.

inquit, Nisi quod donec ego uobis fui dux, nulli dicta est oratio funebris, sed omnes uita defuncti, in patrum monumentis sepulti sunt. Existimans, Egregij ducis esse, sic administrare rempublicam, ut quam paucissimi ciues pereant.

Demonax Cynicus, Cuidam, cui imperator ingentem exercitum commiserat, sciscitanti, Quomodo posset delegatam prouintiam quam optime gerere, si, inquit, ira uacaris, & quam minimum loquens plurima audieris.

Quin. Fabius Minutius, ut locum idoneum paucorum iactura caperet, hortanti filio, Vis, inquit, tu ex illis paucis esse? Significans, Non esse boni ducis, Vllius militis incolumitatem contemnerc.

ELOQVENTIA VANA.

Agésilauus, quodam rhetorem hoc nomine laudante, quod mirifice res exiguas uerbis amplificaret, Ego, inquit, ne sutorem quidem arbitror bonum qui paruo pedi magnos inducat calceos, innuens, Veritatem in dicendo maxime probandam esse.

Agis Archidami Lacedemonij filius, ac rex, Cum Sophista quispiam apud ipsum dixisset, Orationem omnium rerum esse prestantissimam. Ergo tu, inquit, cum taces nihil es. Significans preclarius esse, Magnifice facere quam loqui.

Lacon quidam quum in Luscinia plumis reuulsis minimum repperisset carniuum. Vox, inquit, es, preterea nihil.

Cum

Luscinia

Cum improbus quidam apud Lacones opti-
mam dixisset sententiam, ipsam quidem sententiam
adprobarunt, sed eo qui dixerat amoto, alteri cui-
dam inculpatis moribus eandem tribuerunt.

Lacon quidam, quum audiret rhetorem mag-
nos sermonis circuitus connectentem, Per Geminos,
inquit, fortis sane homo, q̄ quum nullum habeat argu-
mentum, tamen egregie uoluit linguam.

Ctesiphontem Lacedemonij ciuitate eiecerunt,
quod se de re quauis, profiteretur totū diem posse dice-
re, dicentes, Boni oratoris esse, Sermonem habere re-
bus parem.

Antigonus Macedo, Rhetori cuidam ita dicen-
ti, Hora niuium iaculatrix adueniens, regionem
herbis defectam reddidit. Non desines, inquit, mecum
Ut cum turba agere? Sentiens uerhorum apparatu
multitudini sepenumero imponi.

Mœcenas uir aliās laudatus, in stilo lasciuie-
bat uerbis adfectatis, & insolenti compositioni indul-
gens, Ei Cæsar Augustus, Insolens uerbum, perinde
atq; scopulum dicebat fugiendum esse.

Idem Augustus Marcum, Antonium increpa-
bat, uelut ea scribentem, quæ homines mirentur po-
tius quam intelligant. Quin & Agrippinæ neptis in-
genium collaudans, hoc adiiciebat, Sed opus est te da-
re operam ne moleste loquaris.

M. T. Cicero dicebat, Oratores qui inter di-
cendum

li dicta
in pa
Egregij
t quam
erator
Quo
me ge
um lo
ucorū
ex illis
Vllius
omine
nplifi
bonū
uens,
c rex,
Orati
rgo tu,
larius
is re
nquit,
Cum



æendum uociferantur, claudis esse similes, qui sic ad clamorem ut illi ad equos confugerent.

Demosthenes, quum audiret oratorem quendam egregie uociferantem, Non, inquit, quod magnum est, bene est, sed quod bene est, magnum est.

Antipater de Demade oratore iam grande uo dicere solebat, Demadis ut immolatae uictimæ nihil superesse preter uentrem & linguam. Nam uenter ex hostia abijciebatur, & lingua dabatur preconii, Ita senex orator tantum loquebatur.

EDIFICIORVM VANITAS.

Empedocles Agrigentinus, quum uideret ciues suos delitijs deditos, sumptuose tamen ædificare, dixit. Agrigentini sic indulgent uoluptatibus, quasi postridie morituri, sic ædificat, quasi semper uicturi

Stratonicus Cytharædus Atheniensis, cum Rhodi ageret, taxans eius gentis luxum delitiasq; Dicebat, illos ædificare, perinde quasi essent immortales, Obsonare quasi breue tempus uicturos.

Scipionem Minorem narrant annis quinquaginta quatuor, quibus, uixit, nihil emisse, nihil uendidisse, nihil ædificasse.

Agesilaus, in Asia quum conspexisset ædes quasdam, quarum tectum quadratis trabibus contextum erat, rogauit ædium dominum, Num apud illos ligna quadrata nascerentur, Qui quum negasset talia nasci,

lia nasci, sed ex rotundis arte quadrari, Quid, inquit?
Ergo si quadrata nascerentur faceretis rotunda? Im-
mane, quantum abfuit illius regis animus, à nostrorū
ædificiorum delitijs.

EXERCITATIO ET VSVS.

Appelles pictor nunquam tam occupatus fuit,
ut diem pretermitteret, in quo nihil omnino pingere-
ret, artem exercens, unde subducens se à negotijs dice-
re solebat, Hodie nullam lineam duxi.

Lycurgus è certaminibus ea sola concesserat
exercere, in quibus manus non extenderentur in al-
tum, Eius constitutionis causam percontanti, Ne quis
illorum, inquit, laborando consuescat defatigari. Si-
quidem exercitia non ad exhauriendas vires, sed ad
corporis robur confirmandum adhibentur.

Plato admonere solebat, ut neq; corpus sine a-
nimo exercæamus, neq; animum sine corpore, ut
pariter utriusq; curam habeamus. Nam alterum
Athletarum est, alterum inertium.

Socrates dicebat, Saltatione mouenti corpus
spatiosa domo opus esse, ad exercendum sese, At qui
cantu aut oratione se exercæat, huic uel stanti uel ac-
cumbenti quemuis locum sufficere.

EBRIETAS.

Lacon quidam ignobilis cum audisset quos-
dam à coena cogi ad bibendum, Num, inquit, cogun-
tur etiam ad edendum? **Lacones**

ad
n=
g=
uo
hil
er
ata

i=
e,
si
ri
m
di
a=
a=
a=
es
=
=
=
=
s

Lacones, ostendebant pueris seruos, qui uino essent temulenti, quo magis abominarentur ebrietatem. Hoc ad Laconum institutum non ad Apophthegmata pertinet.

Aristippus cuidam iactanti quod multū biberet nec inebriaretur, Quid inquit magni narras? quom idem faciat mulus.

L. Cotta censore, qui uini auidiſſimus habebatur, cum Cicero consulatum petens sitisset, bibissetq; undiq; septus amicis, Recte, inquit, timetis, ne censem habeam infensum, quod aquam bibo.

Cicero Memmio cuidam dicenti, Catonem Uticensem totas noctes ebrium esse, At illud inquit Cicero non addis, Eum totos dies alcam ludere, Ciuilitate excusans Catonem qui totum diem reipublicæ negotijs dabat, nocturnas aliquas horas sumeret laxando aīo.

Demosthenes, Aeschine & Policrate Philippum Maedonem hoc nomine laudantibus, quod esset formosus, facundus, & ad bibendum strenuus, Nihil, inquit, in his laudibus rege dignum est. Prima enim feminarum est, Altera Sophistarum, Tertia Spongiarū

Dyonisius tyrannus, Cum in aliorum scelerum patratores, seuerè animaduerteteret, uestium furibus parcere solet, ut Syracusij, inquit, cœnare inter sese & inebriari desinerēt, Solent enim, Lopodythæ, uestium fures, in balneis frequētibusq; conuiujs uenari

Tiberius Cæsar quoniam tyro in castris largitus bibere

24

us bibere consuevit, Pro Tiberio, Claudio, Nerone dictus est, Biberius, Caldius, Mero.

Pittacus Mytileneus legem tulerat, ut qui per ebrietatem sceleris aliquid commisisset, duplo puniretur.

Anacharsis Scytha dicebat, uitem ferre tres botros, Primum uoluptatis, Alterum ebrietatis, Tertium molestiae, Sic quidam dixit, Primam crateram pertinere ad sitim, Alteram ad uoluptatem, Tertiam ad ebrietatem, Quartam ad insaniam.

ERUDITIO ET LECTIO.

Chilo Laedemonius interrogatus, qua re docti precellerent indoctos, Spe, inquit, Indicans post hanc uitam sperare ipsos uirtutis premia.

Socrates dicebat Eruditionem unicum esse bonum Contra unicum malum ignorantiam. Ignora?

Interrogatus Aristippus quod esset inter doctum & indoctum discrimen, Quod, inquit, est inter equum domitum & indomitum.

Idem dicebat satius esse, fieri mendicum quam indoctum, quod ille tantum pecunijs egeat, hic humanitate.

Idem cuidam percontanti, qua re melior esset euasurus filius, si cum curaret literis erudiendum, Ut nihil aliud, inquit, certe in theatro non sedebit lapis super lapidem.

Diogenes dicenti cuidam, quem ad sapientiae studium N

studium hortabatur, non sum aptus philosophiæ.
Quid igitur uiuis, inquit, si tibi uiuendi recte, nulla
cura est? Significans uitam absq; literis & eruditio-
ne mortem esse.

Idem dicebat, Eruditionem adferre iuuenibus
sobrietatem, senibus solatium, pauperibus diuitias,
diuitibus ornamentum, Quis nunc literas fastidiat?

Demetrius phaleræus, Ptolomeum regemhorta-
ri solebat, Sibi pararet libros de regno deq; militari
re tractantes, eosq; euolueret, propterea quod ea de
quibus amici non auderent admonere reges, in libris
scripta habeantur.

Thales Milesius interrogatus quis esset fœlix,
Respondit, Qui corpore sanus est, animo eruditus.

Aristoteles, Eruditionis radices dicebat amaras
esse, sed fructus dulces.

Idem interrogatus, qua re docti differrent ab in-
doctis, Qua uiui, inquit, a mortuis, Sentiens indoctū,
statuam potius esse quam hominem.

Plinius maior dicebat nullum librum tam malum
esse, qui non aliqua parte profit.

EGREGIA INDOLES.

C. Julius Cæsar quum Syllam fugeret, etiamnum
adolescens, incidit in piratas Cilices, Cum autem as-
seruaretur donec adferretur pecunia, imperauit illis
ut silerent, nec sibi dormienti obstreperent, Eisdem
orationes & carmina sua recitare solebat, quæ cum
illis non

25.
illi non satis probarent, stupidos ac barbaros appellabant, cumq; risu minabatur se illos acturum in cruem quod & postea perfecit.

Cassius etiamnum puer, Faustum Syllæ filium, inter æquales de patris monarchia gloriantem, non tulit, sed colaphos impegit. Eius rei cognitionem quum Pompeius ad se recepisset, accitis ambobus pueris, Cassius ausus est dicere, Eia Fauste, Aude rursus coram hoc ea uerba proferre, quibus in te irritatus fui, ut iterum tibi percellã os, Inerat Cassio nativum quoddam tyrannidis odium, ut iam tum adpareret, non defuturum illi animum ad interficiendum Cæsarem.

FORMA.

Aristoteles dixit pulchritudinem quavis epistola efficaciorē ad commendationem.

Socrates formam appellabat breui temporis tyrannidem, quod cito deflorescat.

Plato formam uocat naturæ prærogatiuam, quod paucis contingat.

Teophrastus silentem fraudem appellat, quod absq; uerbis persuadeat.

Theocritus eburneum detrimentum, quod grata quidem sit aspectu, sed multorum incommodorum causa.

Carneades formam uocat, regnum absq; satellitio, quod formosi impetrent, quicquid uolunt, nulla adhibita ui.

D

Zeno

Zeno dicebat formam esse uocis florem, Nam loquentis orationem commendat forma, & rursus oratio composita, gratiam addit formæ.

FORTITUDO.

Quum quidam percontatus esset, Quinam fines essent Laconicæ ditionis, Respondit Agesilaus uibrata lancea, Quousq; hec ualeat pertingere.

Ciuitas
Idem Caussam percontanti cur Sparta, non cingeretur moenibus, ostendit ciues armatos. Hi inquires sunt Spartanæ ciuitatis moenia.

Idem si quid à militibus celeriter confici uellet, primus ipse sub oculis omnium operas aggrediebatur.

Agis Laconicorum regum ultimus, Cum præter meritum damnatus, ad laqueum duceretur, conspiceretq; lictorem rei indignitatem ægre ferentem flentemq;, Desine, inquit, o homo uicem meam flere, Sic enim præter ius & æquum moriens, melior sum ijs qui me occidunt.

Idem cum interrogaretur in carcere, Num peniteret eorum quæ gessisset. Respondit se nulla tangi penitentia consilij cum prudentia honestoq; coniuncti, etiamsi occidendum se sciat.

Bias Lacon insidijs circumseptus, quum à militibus interrogaretur, quid in eó rerum statu esset fatiendum, Quid, inquit, aliud, quam ut uos seruemini, ego pugnando moriar?

Alexander

26.
Alexander Magnus, cum audisset esse quendam
qui conuitijs ipsum impeteret, Regium, inquit, est,
cum facias bene, audire male. O animum aduersus
maledicos fortem.

Iulius Cæsar in prelio quodam, Martiæ legionis
Aquiliferum iam in fugam conuersum, faucibus ap=
prehensum, in contrariã retraxit partem, dextraq;
ad hostem porrecta, quorsum, inquit, tu abis? Illic
sunt, cum quibus dimicamus. Ea uoce totius exercitus
trepidationem discutiens.

Cyro Iuniore conflicturo cum hoste, Clearchus
suasit, ut se post Mædones contineret, nec se in belli
discrimen conijceret. Ad quem Cyrus, Quid ais Cle=
arche? Iubes ne, ut quum regnum appetam, regno me
indignum ostendam?

Ateas Scytha hunc in modum scripsit Philippo
Mædoni, Tu quidem imperas Mædonibus bellan=
di peritis, At ego Scythis, qui & cum fame & cum
siti pugnare ualeant.

Pelopidas quum è militibus quispiam, qui uide=
rat Lacedæmonios per angustias montium aduenta=
re, dixisset. Incidimus in hostes, Respondit, Quin po=
tius nos in illos quam in nos illi?

Quum Marcellus aliquot diebus continenter
cum Hannibale conflixisset uario Marte, dixit Han=
nibal, Cum eo sibi hoste rem esse, qui nec uictor nec
uictus nosset quiescere.

D ij Cato Senior

Cato Senior, quibusdam efferentibus hominē inconsulte audacem, & in rebus bellicis strenuum, Ait, Plurimum referre, Vtrum quis uirtutem magno aestimet, an uitam non magni faciat.

modum
C. Marius quum in utroq; crure uarices haberet, nullis uinculis alligatus, praeuit se medico secandum, ac nec suspirio emisso, nec adductis supercilijs chirurgi curationem pertulit, Ceterum cum medicus ad alterum crus transfiret secandum, Vetuit dicens, Curationem non esse dignam tanto cruciatu.

Antisthenes philosophus dicere solebat, hostibus a dijs omnia optanda esse bona, excepta fortitudine, Quod illa omnia aliquando futura sint eorum, qui fortitudine praecellerent, non eorum qui possiderent.

modum
Quum Anaxagorae in exilio agenti nuntiata esset mors filiorum, Sciebam, inquit, me genuisse mortales, Idem tribuitur Xenophonti.

Quirinus Sophista Amicis ipsum de morte filij consolantibus, Quando, inquit, potius apparebo uir quam nunc?

FAMA HONESTA.

E Interrogatus Agesilaus quo compendio honestam famam quis adsequi posset, Respondit, Si loquatur quae sunt optima, & faciat quae sunt honestissima.

Socrates idem rogatus, Si talis, inquit, esse studcas qualis haberi uelis.

Antisthenes philosophus interrogatus, Quid fatiendum

27.
faciendum suaderet, ut quis probus uir & honestus
euaderet, Si mala, inquit, quæ tibi adsunt, ab ijs qui
nouerunt didiceris esse fugienda.

FIDES VXORIS IN VIRVM MORTVVM 27.

Martia Catonis filia minor, quum diutius luge-
ret maritum, rogata quem esset luctus diem habitura
ultimum, Respondit, quem & uitæ, hic fides potius
in uirum, quam immoderatus luctus probandus est.

FIDES IN HOSTEM. 28.

Frabritio consuli misit epistolam Pyrrhi medi-
cus, qua promittebat se regem ueneno necaturum, si
iuberet. At eam epistolam autore non prodito ad
Pyrrhum remisit, iubens illum sibi cauere, qui pesti-
mus esset iudex, tum amicorum tum hostium.

Cum quidam apud Indos, qui rupem tenebat in-
expuguabilem, Alexandro se dedidisset, Alexander
non solum eius ditionis principem esse iussit, uerum-
etiam addidit dicens, Hic homo mihi uidetur sapere,
qui se maluit bono uiro, quam loco munito credere.

Valeria Messalarum soror, rogata cur amisso
Seruio uiro, nulli uellet nubere, Quoniam, inquit,
mihi semper uiuit maritus Seruius.

GLORIAE STVDIVM ET AMOR. 29.

Themistocles quum esset adolescens, in compota-
tionibus ac mulierum amoribus uolutabatur, At post-
quam Myltiades factus imperator apud Maratho-
nem deuicisset Barbaros, iam nullus offendit illum.

D iij quicq̃

quicq̄ agentem preter decorū, Percontantibus autē
unde sic esset repente mutatus, Milciades, inquit,
Trophæum non patitur me dormire uel cessare.

Idem cum in Olympiæ celebritate omnes ip= sum admirarentur, omnes in ipsum intenderent ocu= los, omnibus peregrinis ostenderetur, totusq; dies in eo contemplando consumeretur, dixit, Se eo die, om= nium laborum, quos pro Grætiâ suscepisset, fructum amplissimum reportasse.

Idem quum aliquando theatrum peteret, inter= roganti cuidam, Cuius uocem esset libentissime auditu= rus, Eius, inquit, à quo artes meæ, quam optime cane= rentur. Ingenuè fassus se magno gloriæ studio teneri.

Scipio minor censor creatus, adolescenti cuidam equum ademit, quod eo tempore, quo Carthago op= pugnabatur, splendide cœnatus, libum in urbis simi= litudinem figuratū, cui Carthagini nomē indiderat, conuiuiis diripiendum proposuisset, Iuene uero causam sciscitante, cur equo priuatus esset? Quoni= am, inquit, Scipio, me prior Carthaginem diripuisti.

Bion Borysthenites dicebat, Gloriam esse anno= rum matrem. Ob id opinor, quod quum hominis uita sit breuis, honesta memoria in multa secula propa= gatur.

Quum Alexander Thebanorum mœnia diruis= set, Phryne meretrix, pollicita est se suis impendijs reposituram, modo ciues paterentur hoc insculpi
elogium,

28
elogium, Alexander subuertit, sed Phryne restituit,
Tantus erat gloriae in femina amor.

GLORIAE CONTEMPTVS ET TEDIUM.

Cum Graetiae ciuitates, Agesilao statuas ubiq; eri-
gi decreuissent, rescripsit ijdem Agesilaus, Mei nulla
sit imago, neq; ficta, neq; picta, neq; ullo artificio pa-
rata, malens uidelicet, hominum pectoribus insculpi,
quam, in foro aereus aureusue stare.

Pompeius magnus, quum ex literis senatus in-
tellexisset, omnia quae Sylla armis obtinuerat, in ip-
sius potestatem esse tradita, populi suffragijs centu-
riatis, percusso femore dixit, Proh nunquam finien-
da pericula, quanto satius erat obscurum nasci, si a
militaribus curis nunquam dabitur recedere, nec hac
inuidia exuto licere cum uxore ruri uitam degere.

Quum Demetrius Phaleræus exularet, ac
Thebis in gloriis humilisq; uiueret, audissetq; Crate-
tem philosophum, qui ipsum inuiseret, multa placide
prudenterq; de moderate ferendo exilo differentem,
Male sit, inquit, negotijs ac occupationibus, per quas
talem uirum haectenus non licuit cognoscere.

Antisthenes philosophus, discipulos suos admo-
nere solebat, ut sibi essent Socratis condiscipuli, de-
clarans quam esset alienus ab inani gloria.

Demetrius Phaleræus, cum audisset Athenien-
ses demolitos fuisse statuas suas, quas illi posuerant,
At uirtutem, inquit, non euerterunt, cuius gratia il-
las posuerant.

D iij Crates

serua
Crates Thebanus dicebat, se pro patria habere gloriæ neglectum & paupertatem, in quæ nullum ius haberet fortuna.

spina
Frontinus uetuit sibi extrui monumentum, his uerbis, Impensa monumenti superuacanea est. Memoria nostra durabit, si uita meruimus.

GARRVLITAS ET LOQVACITAS.

Pub. Sextius Ciceronem ad causse patrociniū, cum alijs aliquot adhibuerat, Cumq; ipse uellet omnia dicere, nec cuiquam dicendi locum daret, Vbi iam constaret illum a iudicibus absoluendum, ferreturq; sententia, Utere inquit, Tullius hodie tempore, Nam cras priuatus eris.

Hieron Syracusanus, Neminem qui libere loqueretur apud se molestum esse dicebat, Cæterum qui locutulei essent, arcanumq; efferrēt, eos existimabat etiā illos lædere, apud quos effutirent, cō quod odimus non solum eos qui efferunt, uerumetiam eos, qui audierunt, quæ nollemus illis audita esse.

Archelaus tonsori garrulo subinde roganti, Quomodo te rado, o rex, Silendo, inquit.

serua
Chilon Lacedæmonius interrogatus, Quid esset difficile, Arcanum, inquit, reticere.

Perinthiorum orator in Lacedæmoniam missus, quum apud Agidem dixisset admodum prolixè, ubi perorasset rogauit eum, quid esset Perinthijs renuntiandum, Quid aliud, inquit, Agis, nisi quod tu uix dicendi finem feceris, ego uero tacuerim.

Demaratus

29
Demaratus in confesso quodam rogatus, Vtrum
ob stultitiam an sermonis inopiam sileret, Atque
stultus, inquit, ne possit quidem silere.

Anacharsis Scytha interrogatus, quid in homine
esset & pessimum & optimum, Respondit, lingua.
Sentiens idem membrum pestilentissimum esse, si ra-
tione non gubernetur, sin secus, Optimum esse.

Menedemus Eretriensis, Quendam friuolis
nugis obstrepentem, rogauit, Num fundum haberet,
At is respondit plurimas sibi esse possessiones, Abi
igitur, inquit, & illas cura. Indicans illum ad agri-
culturam quam ad dicendum aptiorem.

Theophrastus dicebat potius fidendum esse ef-
freni equo, quam uerbo incomposito.

GRATITUDO.

Chilo Lacon dicere solebat, Beneficij dati obli-
uisci deat, Accepti meminisse.

Veteranus quidam miles, quum uocatus in ius pe-
riclitaretur, adiit in publico Augustum Caesarem,
Rogans ut sibi uellet adesse, Caesar e comitatu suo
quendam selectum ilico dedit, litigatoremq; commen-
dauit. Hic miles uociferans, At non ego Caesar peri-
clitante te Actiaco bello uicarium quaesiui, sed pro te
ipse pugnaui, simulq; detexit cicatrices, Erubuit
Caesar, atq; ipse descendit in aduocationem, ueritus
ne ingratus uideretur.

Rusticus quidam uidens ad regem Artaxerxem

D v Cyri Junioris

Cyrii Iunioris fratrem, uaria donaria adferri, nec aliud habens quod largiretur, Vtraque; caua manu, haustam e proximo flumine aquam illi obtulit uultu alacri, Rex letatus, iussit illi dari Phialam auream, ac mille daricis donauit hominem. En gratum principem.

Flauius Vespasianus, cum admoneretur ab amicis, ut caueret a Metio Pomposiano, quod de hoc rumor increbuerat, fore ut aliquando regnaret, Non solum sibi non metuit ab illo, Sed & consulem fecit. Id admirantibus amicis, Erit, inquit, olim memor tanti beneficij.

Hipparcho Euboico uita defuncto, Philippus Macedo praese ferebat, quam illius mortem acerbè ferret. Itaque; cuidam uolenti dolorem ipsius mitigare dicentiq; Tempestiue decessit, natu grandis, Sibi quidem ipsi, inquit, Philippus, tempestiue decessit, Sed mihi praepropere, mors enim illum anticipauit, priusquam beneficium acceperit, nostra dignum amicitia,

GRAVITER DICTA.

Agasilas, quum narraretur apud eum maleficum quenpiam ac scelerosum, constanter pertulisse tormenta, Ut insigniter, inquit, miser est homo, qui tolerantiam & patientiam in res flagitiosas ac turpes collocat.

Eidem quidam ostendebat ciuitatis cuiusdam muros ualide extructos, Cumq; rogasset, Videretur, ne pulchri, Pulchri per Iouem, inquit, Verum adparet in hoc

ciuitas

30
ret in hoc paratos, ut mulieres inhabitent non uiri.

Demosthenes quum a quodam maledictis inces-
seretur, Committor, inquit, in certamen, in quo qui
superior euaserit, inferior est, & qui uicerit uictus
est.

Quum Minutius gloriaretur, Ipsius opera Fa-
bianæ maiestati multum decessisse, Si saperes, inquit
Fabius, reputares non cum Fabio sed tibi cum Han-
nibale certamen esse.

Thales Mylesius, interrogatus cur non tulisset
legem in parricidas, Non expectabam, inquit, hoc
scelus unquam futurum in ciuitate nostra. Quod illa
immania non existant, nisi ubi regnat luxus, Nec est
ulla legum reuerentia.

Anaxagoras absens morti addictus est, Id nun-
tianti, iam olim, inquit, istam sententiam tulit natura,
æque in illos atq; in me. Sentiens Athenienses, non
minus addictos esse morti, q̄ esset quem damnarant.

HONOR PARENTIBVS ET SE-
NIORIBVS EXHIBITVS.

Telecrus Lacon percontanti, Cur iuuenes apud
Spartanos adsurgerent senioribus, Vt. inquit, assueti
honorem habere nulla propinquitate iunctis, magis
honorent parentes.

Lacon quidam quum in peregrinatione uidisset
homines in sellis curulibus sedentes, Absit, inquit, ut
in talibus sedeã sellis, unde nõ liceat assurgere seniori

Quidam

Quidam profectus in Lacedæmonē, quū uidisset honorem quem iuniores præstabant senioribus, In Sola inquit, Sparta expedit senescere.

Chilo Lacon docuit honorem à iunioribus habendum senectuti, ut ipsi facti senes, ab alijs quoq; haberentur in pretio.

Alexander Magnus prætereuntes copias aliquando recognoscens, quum uideret senem quendam horrentem frigore & ad ignem stantem, considere loco suo iussit, dicens, Si in Perside natus esses, in regia sella sedere capitale tibi foret, In Mædonia nato conceditur.

Thales Mylesius, Quale præmium, inquit, rependeris parentibus tuis, tale à liberis tuis expecta.

Demetrius Phaleræus admonebat adolescentes, ut domi parentes, in uia obuios, in solitudine reuererentur seipsos. Pudor teneram ætatem optime deterreret à peccando, qui nusquam non adest, si quis reuereretur seipsum.

Quum Coriolanus, merito ingrato populo Romano iratus, exitium urbi moliretur, nec à sacerdotibus nec à legatis exorari posset, Veturia mater una cum filij uxore ac liberis in castra uenit, In cuius complexum cum adcurreret Coriolanus, Sine, inquit, illa, prius sciam, Vtrum ad hostem an ad filium uenerim, & utrum captiua, an mater in castris tuis sim, Ibi Coriolanus, Expugnasti, inquit, iram meam, & tuis precibus dono patriam. honor

31.

HONOR VIRTVTI HABITVS.

Antisthenes rogatus quæ res portenderet ciuitatibus exitium, Cum, inquit, in his nullum potest esse bonorum ac malorum discrimen. Sentiens, Eam rempublicam non posse consistere, ubi honos non sit uirtuti, & improbis pœna.

Lysander Lacon, Interroganti Persæ, quam rempublicam maxime probaret, Eam, inquit, in qua fortibus uiris ac meticulosis, congrua utrisq; redduntur, Sensit uirtutem inuitari premijs, Ignauos excitari ignominia. Nimirum hoc est quod apud Homerum Achilles stomachatur, Idem honoris haberi ignauis ac fortibus. Ea sententia locum habet non solum in republica, sed in priuatis quoq; familijs.

HUMANITAS.

Quum M. Antoninus fleret educatorem suum mortuum, & adolescens reuocaretur ab aulicis ministris, à declaratione pietatis erga nutritium, Permittite, inquit, Antoninus, prius illi ut homo sit, Neq; enim uel imperium uel philosophia affectus tollit.

Agésilauus epistolam quandam, apud Hydrieum Carem amico ueniam deprecatur, ijs uerbis. Nicias si nihil peccat dimitte hominem, Si peccat mihi dimitte, Sed omnino dimitte, Significans, Inhumanitatis esse, si erga amicos nimium iusti simus.

Aristo Lacon, Cuidam dicenti recte dixisse Cleomenem, qui rogatus, quid oporteret regem bonum facere,

facere, responderit, Amicis benefacere, Inimicis male, At, quanto prestantius est, inquit, uir optime, Amicis benefacere, & ex inimicis reddere amicos. Idem Socrates quoq; sensit.

HYPOCRISIS, ET FVCVS

Diogenes cuidam sibi placenti, quod Leonis exuuiis tectus mæderet, Non tu desines, inquit, uirtutis stragulas pudefacere? Indecorum ratus, quod homo mollis, Herculis amictum sibi uindicaret.

Philippus Macedo quendam in iudicium numerum adscripserat, Verum post, ubi cognouit illum tingere barbam & capillos, submouit eum dicens, Qui in capillis fidus non esset, eum quoq; in rebus gerendis indignum esse, cui fideretur.

Antipater
Alexander magnus, nonnullis Antipatri frugalitatem laudantibus, quod alienam ab omnibus delitijs uitam ageret, Foris, inquit, Antipater albo utitur pallio, intus uero totus est purpureus.

Stamus
Cum Cæsar rerum potitus, Pompeij statuas deiectas honorifice reposuisset, Cæsar, inquit Cicero, dum Pompeij statuas reponit, stabilit suas. Significans Cæsarem clementiæ simulatione fauorem ciuium sibi conciliare.

Sophista
Dionysius Iunior dicere solebat, Se multos alere Sophistas, non quod illos admiraretur, sed quod per illos admirabilis esse studeret.

Theodorus Gadareus, Tiberij in rhetoricis preceptor

ceptor, animaduertens in puero sanguinarium ingenium sub specie lenitatis latitans, subinde obiurgandum appellauit illum. πυλὸν αἵματι συμπεφυρμένον id est lutum sanguine maceratum. Initio enim principatus lenitatem miram præ se tulit, quæ progressu temporis deuenit ad immanem crudelitatem.

Cato dicebat se demirari, quod non rideret aruspex quoties aruspicem uideret, Sentiens totum hoc diuinationum genus imposturam esse, qua populo fiebat fucus.

aruspex

HONOR LITERIS EXHIBITVS.

Alexander Magnus, Cum delato ad ipsum scrianiolo, quo inter Darij opes nihil præciosius repperatum est, quereretur, in quem usum destinandum esset, Alijs aliud suadentibus, dixit, Huic optime seruandus dabitur Homerus.

Sigismundus imperator, ut ipse eruditionem amauit, ita uiros eruditione præstantes, semper ornare studuit, Quo nomine quum à Germanis principibus obiurgaretur, quod homines obscuro genere natos foueret, Quid ni, inquit, eos amem, quos natura ceteros antecellere uoluit?

Sigismundus

Alphonsus Aeragonum rex, Cõmemorantibus quendam ex Hispaniæ regibus, dixisse, Non decere principes uiros scire literas, Exclamauit eam uocem, bouis esse non hominis.

Industria



INDVSTRIA

Jura
Scevola dicere solitus est, Ius civile uigilantibus scriptum esse, non dormitantibus.

Q Saluius Iulianus dicere consuevit, Etsi alterum pedem in sepulchro haberem, adhuc addiscere uellem. Hæc sententia optimo iure, laudatissimis uiris semper placuit.

Maximianus accepta legione nullum laborem defugere solebat, dum milites exerceret eisq; prospiceret, Quum ergo repræhenderetur ijs uerbis, quid tantopere laboras, quum eius loci iam sis, ut Ducatum possis accipere, Ego uero, inquit, Quo maior fuero hoc magis laborabo.

Apud Lacones prouerbio iactatum est, Adnota manu fortunam inuocandam, Vide locum, Labor.

IUSTITIA CIVILIS.

fortitudo. pugn
Rogatus Agesilaus utra uirtus esset prestantior fortitudo an iustitia, fortitudinis, inquit, nullus est usus nisi adsit iustitia, Quod si omnes essent iusti, non opus fore fortitudine.

Anaxandridas Lacon Cuidam indigne ferenti quod cogereur urbe exulare, Ne, inquit, uir optime exhorrescas exulare ciuitate, sed a iustitia exulare horrendum est.

Pompeius Magnus Phraati Parthorum regi per legatos ab ipso postulanti, ut Euphratem Romanæ ditionis terminum esse uellet. Imo, inquit, illud
magis

magis postulandum, ut Romanorum fines à Partho-
rum regno, iustitia dirimat.

Photion Atheniensis, Antipatro petenti, ut in-
gratiam suam faceret quiddam cum iustitia pug-
nans, Non potes, inquit, O Antipater Photione simul
et amico et adulate uti, Significans, Amicum ab
amico quod iniustum sit petere non debere.

Themistocles Symonidi petenti ut in negotio
quodam, sententiam iniustam pronuntiaret, Neq; tu,
inquit, Poeta bonus fueris, si preter musicae modulos
caneres, Neq; ego princeps bonus, si contra leges
pronuntiem.

Cato senior dicebat, Magistratum aut iudicem,
nec pro iustis orandum, nec pro iniustis exorandum

Antisthenes philosophus dicebat, Virum iustum
pluris faciendum quam cognatum, Quod arctiora
sint uirtutis quam sanguinis uincula.

Quint. Scaeuola publii filius, cum postularet, ut
fundus cuius emptor erat, sibi semet iudicaretur,
idq; fecisset uenditor, dixit se pluris aestimare, et ad-
iecit pretio centum milia. O integritatem.

INSTITVTIO PVERORVM

Rogatus Agesilaus, quae potissimum pueris es-
sent ediscenda, Ea inquit, quibus natu grandiores
facti, usuri sint. Virtutem intelligens.

Lacon quidam paedagogus pueri cura suscepta
quum interrogaretur, quid esset illum docturus? Effi-
E tam, inquit

us
=
n.
=
m
i=
id
m
ro
ta
i=
us
u=
te
ne
re
gi
o=
ud
gis

tiam, inquit, ut honestis delectetur, turpibus offenda-
datur.

Alius quidam interrogatus, quid conferrēt uti-
litatis adhibiti pædagogū pueris, Efficiunt, inquit, ut
quæ sunt honesta, eadem pueris fiant & iucunda.

Pueri apud Lacedæmones castigati, si querelā ad
patrem detulissent, turpe erat patri, si hoc audito, fi-
lium non iterum emendasset. Hoc ad Laconum insti-
tutum, non ad Apophthegmata pertinet.

Cū captus Diogenes uenderetur in Creta, precon-
roganti quid sciret, & quo titulo eum commendaret
emptori, Dic, inquit, te uendere hominem, qui sciat
imperare liberis, quem Xeníades quidam mercatus
duxit domū, eiq; liberos suos instituendos tradidit,
Qua in re talem gessit sese, ut mirum in modum a
pueris amaretur, perq; illos patri commendaretur.

Idem cum uideret puerum quendam indecore
se gerentem, pædagogum illius baculo percussit, di-
cens, Quur sic instituis? Indicans formatoribus im-
putandum, si quid pueri uel malæ rei agant uel secus.

Philippus Macedo Alexandrum filium hortaba-
tur, ut auscultaret Aristoteli, daretq; operam philo-
sophiæ, Ne, inquit, multa committas, quæ me fecisse
nunc pœnitet.

Themistocles quoniam adolescens feroci muta-
biliq; ingenio uidebatur, mirantibus mutatos mores
dicere solebat, Asperos & indomitos pullos, in opti-
mos equos

arist.

mos equos euadere, si quis adhibeat disciplinam
rectamq; institutionem.

Hippomachus Aliptes, quum adolescentes quos
instituebat, e foro uidisset carnes effequentes, dicebat,
se procul agnoscere suos discipulos, quod institutio
reluceat in omnibus dictis ac factis hominis.

Aristoteles dicere solitus est, Parentes qui recte
liberos suos instituissent, multo honorabiliores esse
ijs, qui tantum genuissent, quod ab ijs contigisset uiue
re, Ab illis etiam bene uiuere.

Lycurgus Rhetor, obijcientibus quod eloquen
tia studio Rhetoribus daret mercedem, Si quis, in
quit, filios meos, profiteatur se mihi redditurum melio
res, non mille drachmas, sed omnium facultatum di
midium effunderem.

IRA

Athenodorus philosophus, causatione senectutis
flagitat ab Octauio Augusto, ut sibi liceret redi
re domum, Abiturus igitur & uale Cæsari dicturus,
adiecit, Cæsar cum iratus fueris, Ne quid dixeris fe
cerisue, priusquam grecarum literarum uiginti qua
tuor nomina apud te recensueris. Sentiens tutum esse
ne ira in uerba prorumpat, sed potius prematur.

Cato Senior, iratum dicebat ab insano nulla alia
re differre, quam mora temporis. Sentiens iram bre
uem esse insaniam.

Plato iratus, seruo quum eum castigare para
ret, & forte

E ij

ret, & forte

ret & forte interueniret Xenocrates, flagella, inquit, hunc puerum, Nam ipse sum iratus, Sibi diffusus est homo philosophus, sentiens animi commotionem.

Idem alteri cuidam famulo sic comminatus est, Loris te cederem ni iratus essem, Nihil iræ fidentium.

Antiochus Sophista cum male audiret, uelut formidolosus, quod nec prodiret in contionem nec reipublicæ munia capesseret, Non uos, inquit, metuo, sed meipsū. Agnosens bilem suam uehementiorem, quam ut cohiberi posset.

IVDICIS OFFITIVM SEV AEO VALITAS

Duo pariter scelerosi sese inuicem accusabāt, cognoscente Philippo Macedone, Audita causa pronuntiavit, ut alter exularet Macedonia, Alter ipsum sequeretur.

Alexander Magnus, initio quum in causis capitalibus sederet iudex, Accusatori alteram aurem occludebat, Rogatus cur id faceret, Alteram, inquit, reo seruo integram.

Aegyptiorum reges, iuxta regionis consuetudinem, iudices ad iusiurandum adigebant, ut etiam si rex aliquid iuberet eos iudicare, quod iustum non esset, ne iudicarent.

Aristides, quendam reum egerat, At quum iudices post Aristidis accusationem nollent audire reum, sed ad suffragia quibus eum condemnarent properarent,

35.
properarent, Aristides supplex pro reo intercessit,
ut eum iuxta legum præscripta diligenter audirent,
Tanta erat in uiro legum æquiq; observatio.

Scipio minor quum Licinium pretereuntem
uidisset, hunc, inquit, uirum scio peierasse, Verum
quoniam nemo illum defert, non possum simul & ac=
cusator esse & iudex.

Alphonsus Arragonum rex cum eques quidam,
ingens patrimoniū consumpsisset, insuper & magnā
æris alieni uim contraxisset, intercedentibus pro
eo plerisq; ut quæ debebat, corpore saltem luere non
cogeretur, Respondit, Si tantam pecuniam uel in sui
regis obsequium, uel patriæ commodis, uel subleuan=
dis propinquis impendisset, audirem, Nunc cum tan=
tas opes impēderit corpori, par est, ut corpore luat.

Archidamidas Lacon Cuidam Charillum
predicanti, quod pariter erga cunctos fuisset man=
suetus, Quæ fronte, inquit, laudetur aliquis, qui erga
sceleratos se mitem prebeat? Significans principem
ut mitem erga bonos, ita seuerum iudicem erga malos
esse oportere.

INGRATITUDO.

Cæsar Augustus, æs alienum cuiusdam sena=
toris, quem charum habebat, dissoluerat, ac pro eo
numerarat, quadragies mille nummum, Senator au=
tem ea re cognita, pro gratiarum actione nihil aliud
rescripsit Cæsari quam, Mihi nihil, uelut ioco expo=
stulans,

E iij stulans,

Stulans quod omnibus numerasset, sibi nihil dedisset.

Cum Marcellinus quidam à Pompeio Magno euectus, beneficij tanti immemor, ad Cæsarem sese conuertisset, adeo, ut in senatu multis Pompeium conuitijs inæsseret, Non te pudet, inquit, Pompeius, ei maledicere, cuius beneficio ex muto factus es facundus, ex famelico eò productus, ut uix teneas uomitum.

Themistocles Atheniensibus contumelia ipsum adficientibus, Quid tumultuamini aduersus eos à quibus multis estis adfecti commodis?

Idem aiebat se Platanis similem, sub quarum umbra accurrunt homines adfecti tempestatibus, & easdē ut serenitas redijt, uellunt, conuitijsq; petunt.

Cato Senior dicebat ideo sibi ab inimicis conflari inuidiam, quod quottidie noctu surgens, rei familiaris neglectis rationibus, reipublicæ consulere, Notans ingratitude[m] populi.

Aristoteles percontanti quid cito senesceret, Gratia, inquit, Sentiens memoriam iniurie tenacissimam, beneficij breuissimam esse.

Domitius Afer quum haberet ingratum litigatorem, ipsius conspectum uitanti, ne cogeretur agnoscere beneficium, in foro per nomenclatorem dixit illi, Amas ne me quod te non uidi? tecte ingratitude[m] nem exprobrans.

INSCITIA.

C. Popilius

C. Popilius qui iuris peritus uideri uolebat, quum in-
doctus esset ac stupidus, citatus in controuersia qua-
dam testis, Respondit se nihil scire, Tum Cicero, pu-
tas fortassis te de iure interrogari.

Inuestro

Alcibiades puer adhuc, ludum literarum in-
gressus, poposcit Iliadem Homeri, Quum ludima-
gister negasset, sibi quicquam esse Homeri, impedit
illi pugnum & abiit. Declarans eum impudenter do-
cere literas, qui non semper Homerum haberet in sinu

homery

Aristoteles dicebat athletas qui à libris ar-
centur, omnemq; uitam in cauillis ac scurrilibus iocis
transigunt, similes euadere gymnasiolorum statuis
nempe pingues & saxeos.

IMPUNITAS.

Cato Senior dicere solebat, Se malle pro colla-
to beneficio nullam reportare gratiam, quam pro
malefitio perpetrato nullam dare pœnam, q̄ nihil
periculosius sit impunitate.

Idem exhortans magistratus, ad sumendas
pœnas de ijs qui delinquerent, dicebat eos, qui male-
ficos prohibere possent, nec facerent, lapidandos es-
se. Sentiens de republica pessime mereri, qui ad sce-
lerum licentiam inuitent improbos.

Idem dicebat, iniuriam etiamsi facienti nihil
adferat periculi, Vniuersis tamen periculosam es-
se. Sentes impunitæ iniuriæ exemplū omnibus mi-
nari iniuriam.

E iij Sylla

Handwritten notes in red ink at the bottom right of the page.

Fragmentary text from the left page, including words like 't.', 'no', 'se', 'm', 's', 'a', 'o', 'm', 'd', 'm', 't.', 'i=', 'a=', 'e=', 't,', 'i=', 'i=', 'g=', 'cit', 'i=', 'us'.

Sylla cognomento Fœlix, quum milites in bello
Albunum, uirum prætorium fustibus mactassent, tam
atrox facinus impunitum reliquit, dicens se posthac
illis promptioribus usurum in prælijs, dum peccatū,
fortiter gerendo rem, studebunt pensare.

INCONSTANTIA ET LEUITAS.

Laberius quidam senator à Cæsare creatus, cū
in senatu M. Tullium præteriret, sedem quærens,
Recepissem, inquit, te, nisi anguste sederem, iocans
uidelicet in nouum senatum. Cui Laberius, Atqui, in-
quit, solebas duabus sedere sellis, obijciens illi leuita-
tatem, quod nunc his, nunc illis partibus studeret.

Cicero quum M. Crassum pro rostris laudasset,
& eundem post ex eodem loco conuicijs incesset.
Quid, inquit, Crassus, an non nuper ex eo loco me
laudasti? Laudauī, inquit, sed exercendi gratia, in-
fame argumentum declamans.

Cleanthes Asiū cuidam reprehendenti Arce-
silauum, quod officia uitæ tolleret, desine, inquit, ho-
minem uituperare, Nam ille licet dictis tollet offi-
cia, tamen factis commendat. Id audiens Arcesilaus,
Nō moueor, inquit, adulatione. Hic Cleanthes, Scili-
cet adulator tibi, dicens se aliud loqui, aliud facere?
Sic mitigauit dictum obtrectatoris, sed à crimine in-
constantie non liberauit Arcesilaum.

IMPVDENTIA.

Tiberius Cæsar dicebat; se nihil magis in sua
natura

*verūta .
homines*

37.
natura probare, quàm $\epsilon\delta\iota\alpha\lambda\eta\epsilon\psi\iota\alpha\upsilon$, id est, inuere-
cundiam, Pudor enim ut multis ad honestas actiones
obstat, ita nonnunquam à turpibus reuocat. Vox
carnifice quàm principe dignior.

IMPIETAS.

C. Caligula quum destinasset interficere fra-
trem, eumq; suspicaretur se medicamentis præmu-
nire, ita locutus est, Antidotum aduersus Cæsar-
em?

Basianus Antonino Caracallæ Imperatori sua-
debat, ut ad mitigandam parricidij inuidiam, fra-
trem Getam appellaret diuum. Sit, inquit, diuus, di-
non sit uiuus.

Gallienus Imperator cum patrem Valerianum
audisset extinctum, uocem laudatissimam sine laude
usurpauit, dicens, Sciebam patrem meum esse mor-
talem. Vbi hic adfectus filij erga patrem?

IGNAUIA.

Scipio Africanus, militi cui erat scutum ele-
gantius ornatum, Non miror, inquit, quòd scutum
tanta cura ornaris, in quo plus habeas præsidij,
quàm in gladio. Clypeus tuetur, Sed gladius forti-
tudinis organum est.

Scipio Minor cuidam scutū pulchre ornatū osten-
tanti, Scutum quidem, inquit, iuuenis bellum est, At
debet uirum Romanum in dextra potius quàm leua
spem collocare, Clypeus enim sinistra, gladius de-
xtra geritur.

E v Idem

Clypeus gladius

Uallum cum balneis

Idem cuidam uallum gestanti, qui se dicebat onere uehementer premi, Nihil mirum, inquit, quando isti ligno magis quam gladio fidis. Indicans ideo uallum plus habere ponderis, quia plus apud illum ualeret. Quod si gladijs fiderent milites, nihil opus esset uallis.

Africanus censor tribu mouebat Centurionem, qui in Pauli pugna non adfuerat. Is cum rogaret, cur notaretur, cum custos in castris fuerit. Non amo, inquit, nimium diligentes. Ignauiam dissimulauit, & occupauit nimiam diligentem custodiam.

LABOR.

Cleanthes cum audisset a Lacone quodam laborem probari, subiicit, αἵματός ἐῖς ἀγαθὸν φίλον τέκος. Sanguine præclaro satus es charissime fili.

Oring Appius Claudius solitus est dicere, Longe melius esse populo Romano committi negocium, quam ocium.

Q Probus Imperator non patiebatur militem esse ociosum, sed multa opera militari manu perfecit dicens, Annonam gratuitam militem comedere non debere. Vide locum, Industria.

LEGES CIVILES.

Sciscitanti

38.
Respub
Sciscitanti cuidam, quid Spartaē fructus attulis-
sent Lycurgi leges, Agesilaus respondit, Volupta-
tum contemptum, indicans Reipublicae corrupte-
lam delicias esse, quas legibus coerceri oporteat.

Alcámenes Lacon ingentia à Messenijs mune-
ra oblata spreuit. Id factum plerisque mirantibus, re-
spondit, Si munera isthac recepissem, cum legibus
pacem habere non poteram. O mentem legum obser-
uantissimam.

Archidamus Lacon, roganti qui nam essent
Spartanae ciuitatis praefecti, Leges, inquit, ac legit-
timi magistratus, Significans, nihil contra leges ten-
tandum esse, ne à magistratu quidem.

Pausanias Plistonactis filius, cuidam roganti,
quam ob rem apud Spartanos nephas esset, ullā pri-
scarum legū nouare. Quoniam, inquit, legibus con-
uenit autoritas in homines, non hominibus in le-
ges.

Diogenes dicebat, Nec legem esse sine ciuitate,
nec ciuitatem sine lege.

Octavius Augustus legem tulerat de adulteris,
quomodo uide licet conuicti, puniendi essent. Post,
irae impotentia, irruit in adolescentem delatum, q̄
cum filia ipsius commercium habuisset, eumq; uerbe-
rauit. At quum adolescens exclamasset, Legem tuli-
sti, O Cæsar. Adeo facti pœnituit Cæsarem, ut eo die
recusaret cœnam accipere.

Adulter
NE
Antiochus

Antiochus Tertius scripserat ciuitatibus, Ut si quid per literas iuberet, quod aduersaretur legibus, ne curarent, perinde quasi ipso nescio scriptum esset.

Demaratus cuidam sciscitanti, cur exularet Sparta, cum esset rex, Quoniam, inquit, leges in ea sunt regibus potentiores.

Nb Anacharsis Scytha & Philosophus, dicebat leges araneorum telis esse similes, in quibus infirmiora animalia haerent, ualentiora perrumperent. Ita leges humiles ac tenues constringunt, a potentibus impune uiolantur.

Arcesilaus dicere solitus est, quemadmodum ubi multi essent medici, ibi multi sunt morbi, Ita ubi permultae leges essent, ibi plurimum esse uiciorum.

Istis in Aristoteles crebre taxauit Athenienses, quod quum duas res, frumenta ac leges inuenissent, frumentis uterentur, legibus nequaquam.

Heraclitus dicebat, ciues non minus oportere pugnare pro legibus, quam pro mœnibus, quod absque legibus nulla ciuitas possit esse incolumis, absque muris possit.

L V X V S .

Socrates dicebat, multos in hoc uiuere, ut ederent biberentque, Se contra ob id edere ac bibere, ut uiueret.

Diogenes luxuriosum quempiam in diuersorio conspicatus,

conspicatus, oleis uescentem, Si sic prandisses, in-
quis, non ita cœnares.

Idem conspiciens adolescentem quendam lu-
xui plus æquo indulgentem, Homericum illud in ip-
sum accommodabat, ωκυμορος δ'η μοι τέκος ἔσσαι,
Id est, Nate mihi fueris breuis æui.

Alexander Magnus Darij ingressus regiam,
quum uidisset sublime cubiculum, & in eo stratum,
mensas, cæteraq; omnia, mirifico ornatu instructa,
Hocine, inquit, erat imperare?

Iulia Augusti filia, cuidam amico graui suaden-
ti, ut se ad exemplum paternæ frugalitatis compo-
neret, Satis procaciter respondit, Ille se obliuiscitur
esse Cæsarem, Ego memini me Cæsaris esse filiam.

Cato Senior aiebat se mirari, quomodo seruari
possit ea ciuitas, in qua pluris ueniret piscis quàm
bos. Præcipuus luxus olim fuit in piscibus, Vnde le-
gimus Mullum sex milibus emptum.

Idem cum quendam uideret agros mari uicinos
ob luxum uendere coactum, Aiebat se mirari, quòd
plus posset quàm ipsum mare. Quod enim illud pau-
latim alluebat, ille facile deuorarat.

Idem Lurconi cuidam ambientì inter ipsius fa-
miliares recipi, negauit dicens, Se cum eo non posse
uiuere, qui palato plus saperet quàm corde.

LIBERTAS.

Admiranti cuidam, quòd Agesilaus cum Lace-
dæmonijs

*Adalia in Timotheo
nro morum?*

casty hall'

Iulia

piscis

mully

ay

Lacedaemonijs tam frugali cibo uestituq; uteretur,
Agefilaus dixit, Pro hac frugalitate optimam messenz
metimus, libertatem, Significans in luxu libertati lo=
cum non esse.

Lacon quidam interrogatus, quid artis sciret.
Liber, inquit esse. Adeo nec hominibus nec uicijs ea
gens seruire docilis fuit.

Diogenes cum murem conspiceret in Ceramico
discurrentem, qui neq; cauum quæreretur, nec tenebris
terrereetur, neq; cibum appeteret, Bellum, inquit, li=
bertatis exemplum, moxq; contemptis omnibus, ha=
bitare caepit in dolio.

Idem Cratero Alexandri Magni praefecto, ut
ad se migraret, inuitanti. Malo, inquit, Athenis sa=
lem lingere, quam apud Craterum opipara frui
mensa, Sentiens libertatem omnibus diuitijs antepo=
nendam.

Idem interrogatus, quid esset in uita optimum.
Libertas, inquit. Liberum opinor, uocans, qui uicijs
non seruiat.

Pericles Simonem Atheniensem ad se inuita=
uit, pollicitus se omnia necessaria prebiturum. At
Simon negauit se uenditurum libertatem. Delectauit
hunc imago muris syluestris paruo uiuentis, potius
quam domestici in summis delicijs, sed perpetua cum
solicitudine uersantis.

Timon

40

Timon Nicæus cum uidisset Arcesilaum inter
assentatores euntem, Quid tu, inquit, uenisti huc
qui liberi sumus?

C. Plautius Consul de Priuernatibus, qui à Ro-
manis defecerant, ad senatum retulit, Ac uariantibus
sententijs, quidam Priuernatum legatos percontatus
est, quam pœnam uiderentur meruisse. Eam, inquit,
è legatis unus, quam merentur, qui se libertate dignos
putant.

LIBERTAS IN LO-

Q. VENDO.

Inter Diogenem & Aristippum nonnulla fuit
emulatio ob diuersum uitæ institutum. Diogenes ap-
pellabat Aristippum canem regium, quòd Dionysio
assentaretur. In quem Aristippus, Si Diogenes sciret
uti regibus, non uesceretur holeribus. Contra Dio-
genes, Si Aristippus didicisset esse contentus crudis
holeribus, non esset canis regius.

Aristippus rogatus, quid fructus cœpisset ex Phi-
losophiæ studio, Quod cum quibuslibet, inquit, libe-
re loqui possum.

Interrogatus Diogenes à Tyranno, è cuiusmodi
ere potissimum oporteret fieri statuas. Ex eo, inquit,
ex quo fusi sunt Harmodius & Aristogiton, Innu-
ens illum esse tollendum, quod illi Tyrannicidæ fue-
rint.

Cicero, cum Pompeius Gallum quendam, quòd
ad ipsum

Stannus

ad ipsum à Cesare transfugerat, ciuitate Romana
donaſſet, Hominem, inquit, bellum, qui Gallis ciuita-
tem promittit alicnam, cum noſtram nobis non poſ-
ſit reddere.

Diogenes, cum Philippus exercitum haberet
apud Cheromam, comprehenſus eſt à militibus, de-
ductuſq; ad regem, Qui conſpecto Diogene ignoto,
exclamauit, Explorator. Cui Diogenes, Proſuſ ex-
plorator, Nam huc ueni inſpecturus inſaniam tuam,
qui non contentus regno Macedonũ, aliena captans,
temet in diſcrimen conijcis, ne & regno & uita pri-
ueris. Rex admiratus hominis libertatem, iuſſit illum
abire liberum.

Hieron Syracuſanus quum aliquot eſt familiari-
bus occidiſſet, paucis poſt diebus Epicharmum Co-
micum Poetam uocauit ad coenam. At nuper, inquit
ille, quum immolares amicos, non me uocabas.

Cato Uticenſis, quũ in ſenatu pro uictoria, quam
Cæſar ex Uſipetis Teucterisq; Germanis retulerat,
de ſupplicatione decernenda ageretur, ſententiam
dixit, Cæſarem hoſtibus dedendum eſſe, quo Roma-
na ciuitas à perfidia expiaretur, Deinde execratio-
nes in autorem uerterent.

MVNERVM CONTEMPTVS

Cum Dyoníſius Siciliae Tyrannus, filiabus Ar-
chidami Laconis uestes ſpendidas dono miſiſſet,
recuſauit accipere, dicens, Vereor ne hoc amictu
puelle mihi turpes uideamur. Cum

Cum Cyrus stipendium misisset militibus, Calli-
licratidi seorsim xenia, Stipendium quidem Lacon
accepit, sed xenia remisit, negans sibi cum ipso pri-
uatam habendam amiciciam, Sed quam haberet pu-
blicam cum Lacedaemonijs omnibus, eandem illi se-
cum quoq; intercedere.

Archelaus rex Socratem ad se uocarat, multa
pollicens. Socrates respondit, se nolle ad eum ue-
nire, a quo acciperet beneficia, quum illi reddere
pari non posset.

Photion Atheniensis, cum sibi Alexander Ma-
cedo centum talenta dono misisset, isq; percontare-
tur, quid ita sibi uni mitteret Alexander, cum essent
Athenienses permulti, illis respondentibus qui adse-
rebant. Quoniam unum te iudicat uirum bonum &
honestum. Ergo, inquit, sinat me talem & haberi &
esse.

Epaminondas Thebanus cum Lacon Thessalo-
rum rex duo aureorum milia illi daturus esset, soci-
usq; belli futurus, aurum tametsi uehementer egeret,
non recepit, sed ipsum Iasonem inuitus, Iniustus, in-
quit, imperas, ipse deterior, Sentiens iniquas esse di-
uitias, quae possessorem reddunt deteriore.

Idem Artaxerxi tria Daricorum milia sibi
mittenti, renuntiari iussit haec uerba, Si fauet com-
modis Thebanorum, habiturus est Epaminondam
amicum gratis, sin minus, hostem.

F Samnites

and
ita=
of=
ret
de=
oto,
ex=
um,
ns,
ri=
um
ri=
Co=
uit
and
at,
and
ra=
io=
Ar=
set,
ctu
um



Samnites deuicti bello uenerunt ad Manium Curium, rapulas ollis fictilibus coquentem, ingentem auri uim adferentes, quibus respōdit, Nihil opus est auro tali coenanti coenam, Sibi uero potius esse, Aurum possidentibus imperare, quā aurū habere.

MENDACIVM.

Epænetus Lacon dicere solitus est, Mendaces omnium scelerum & iniuriarum autores esse.

Cicero Vatiniū inimicum audierat obiisse diem. Post cum audisset illum uiuere, Male pereat, inquit, qui male mentitus est. Omne quidem mendaciū malum est, sed hoc bis malum erat, quia bonū uirum in falsum coniecerat gaudium.

Anacharsis Scythæ aiebat se mirari, qui fieret, ut Athenienses, qui prohiberent mentiri, tamen in cauponum tabernis palam mentirentur. Qui uendunt merces emuntq; , lucri causa fallunt quemcumq; possunt, quasi quod priuatim esset turpe, fiat honestum, si publice facias. At in contractibus maxime fugiendum erat mendacium. Sed tum maxime mentiuntur homines, cum maxime negant se mentiri.

Aristoteles rogatus quid lucri facerent mendaces. Ut uera loquentibus, inquit, non credatur.

MVLIERVM ORNATVS..

Crates Thebanus dicebat mundum muliebrem esse, q; ornat fæminam. Ornat aut, q; eam reddit cōpositiorem & modestiorem. Verum id non præstat, inquit,

honestas

42.

inquit, neq; Smaragdus neq; purpura, sed quaecumq;
q; adderent uim ac speciem honestatis.

Alexander Seuerus gemmas omnes, quas repperit in palatio, uendidit, & aurū in aerariū contulit, dicens, Viris usui gemmas non esse, Matronas autem regias contentas esse debere uno reticulo, atq; in auribus baccato monili, & corona, in qua sacrificarent, & unico pallio auro consperso, & cyclade, quae plus sex uncijs non haberet.

Phocionis cognomento Probi uxor dicere solebat, Suum mundum esse, praecleara gesta mariti, frugalitatem suam sic excusans, obijcientibus, quod pro dignitate culta non esset.

MORTIS CONTEMPTVS.

Cum Callicratidæ Laconi ab aruspice nūciaretur iam iam nauali pugna conflicturo, Exercitui portendi uictoriam, ipsi uero mortem, nihil expauescētus. Haud penes unum, inquit, sunt res Spartæ, Me mortuo nihil deterius habitura est patria. Sed si cesserō hostibus, aliquid decedet patriæ.

Agefilaus percontanti cuidā qua ratione sibi pararet eximiā gloriam. Respondit, Si mortē contempseris.

Chilo Lacon sic docuit contemnendam mortem, ut nihilo secius curam habeas sanitatis. Quod non sit fortitudinis, sed amentiae, in periculum semet, nulla urgēte uel necessitate uel honesta causa, conijcere.

E ij Cum

gloria

Cum Socrati quidam diceret, Athenienses morte adiudicarunt. Et illos, inquit, Natura.

Cum Socratem puer detexisset, quod illi iam frigerent præcordia, Debemus, inquit, ó Crito, gallum Aesculapio, quæ persolvere ne neglexeris, Perinde quasi sumpta portione medica conualuisset.

Aristippus rogatus, quomodo Socrates obisset diem. Ut ego, inquit, optarim.

Diogenes inuitatus, ut ad Alexandrum ueniret, recusauit. At Perdicae præfecto munitanti necem, ni ueniret. Nil, inquit, magni feceris, siquidem & Cantharis & Phalangium idem possunt.

Iulius Cæsar, cum undiq; uiderentur imminere insidiæ, atq; ut sibi caueret, admoneretur, respondit, Satius subire semel, quam semper timere.

Epaminondas Thebanus uulneratus, cum sensisset uulnus esse letale, non prius ferrum eduxit, quàm audisset Thebanos uicisse, Tum satis, inquit, uixi, inuictus enim morior. Et educto ferro, protinus efflauit animam.

Pelopidas ab Alexandro Phæreorum Tyranno præter fœdera captus ac uinctus, conuicia congescit in fœdisfragum. Ut autem iratus ille dixit, Morifestas? Admodum inquit, quo magis in te exasperentur Thebani, tuq; citius des pœnas uiolati fœderis, dijs pariter atq; hominibus inuisus.

Idem ab Epaminonda liberatus, domumq; reductus,

43.
ductus, Gratias, inquit, habeo Alexandro, per quem
experimento comperi, me non tantum ad bellum, sed
ad mortem quoq; animatum bene esse.

MATRONALIS PVDICITIA.

Quum Collatinus ad uxorem à Tarquinio ui
stupratam uenisset, quæreretq; ex more, Satim sal=
uæ? Minime, inquit, Lucretia, Quid enim salui mu=
lieri amissa pudicitia? Vestigia uiri alieni Colla=
tine sunt in lecto tuo, Sed corpus tantum uiolatum
est, animus insons est, mors testis erit. His dictis, cul=
trum in cor infixit.

Chiomata Orthiagontis uxor, cum misso pretio
à suis reduceretur, Ac tribunus illam ad flumen offi=
cij gratia prosequeretur, clam mandauit uni seruo=
rum, ut Romanum illum prosequentem occideret.
Occisi igitur caput ad maritū detulit, et ad pedes illi=
us proiecit. Marito admirante, dicenteq; Praclarū
fuisse seruare fidem. Praclarum inquit, Sed multo
praclarus unum duntaxat uiuere, qui mecum con=
cubuerunt.

Argeus Lacon, quibusdam alienas uxores præ=
dicantibus, Per deos, inquit, de honestis mulieribus
nihil temere loquendum est, sed in totum quales sunt
ignorari oportet, præterquam solis maritis, quibus
cum uiuunt.

MATRIMONIVM.

Laconum institutum erat, ut uirgines sine dote

F iij nuptum

nuptum irent, Hoc enim pacto nec pauperes negligebantur, nec ditiores ob dotis quantitatem expetebantur.

Uxor

Chilo Lacedæmonius dictitare consuevit, uxorem humilem modico apparatu ducendam, Ne pro coniuge, inquit, dominam domum accersas.

Uxor inops

Socrates Alcibiadi demiranti, quod uxorem rixosam domi pateretur, At tu, inquit, nonne domi tuæ toleras gallinarum glottentium strepitum. Tolero, inquit, Alcibiades, Sed gallinæ oua mihi pariunt pullosque. Et mihi, inquit, mea Xantippa parit liberos.

Antisthenes Philosophus sapienti uxorem ducendam esse maxime censebat, At non uoluptatis, inquit, sed liberorum causa, Id quod debetur & naturæ & patriæ. Et cum optima indole præditus congregiatur, Ut ex bonis boni nascantur.

Ammaiger

Menedemus Eretriensis cuidam sciscitanti, num sapienti ducenda esset uxor. Num ego, inquit, tibi uideor sapiens? Quum is audisset, Ego, inquit, uxorem duxi.

Pyttacus Mytileneus dicebat, Aequalem ducto, cum ipse haberet domi opulentam, ac proinde imperiosam.

Alphonsus Arragonum rex dicere solebat, Ita demum matrimonium tranquillum futurum, si uxor cæca, uir surdus fiat. Vxores zelotipia laborant, Vnde

Vnde nonnunquam rixæ oriuntur, Maritis quoq; permolesta est uxorum garrulitas, qua molestia cariturus est, si surdus fiat.

Antisthenes dicebat, cum ijs mulieribus habendam consuetudinem, quæ beneficium beneficio pensent, prolem intelligens.

Diogenes interrogatus, quando ducenda esset uxor. Iuueni, inquit, nondum, seni nunquam. Apophthegma Ethnico quàm Christiano dignius.

MERITORVM FIDVTIA.

Scipio Africanus, cum à tribunis plebis multis nominibus accusaretur apud populum, nihil ad crimina respondit. Tantum hoc dixit, Hoc die Quirites Annibalem & Carthaginenses deuici. Proin ipse sumpta corona in capitolium ascendo, Ioui sacrificaturus, Si quis suffragium de me ferre uelit, ferat. Hæc locutus, ascendit in capitolium, relictis accusatoribus, nondum perorata causa.

Socrates, quum inter se disceptarent Iudices, qua pœna dignus esset, Ego, inquit, ob ea quæ feci, dignum me censeo, qui publicitus alar in Prytaneo. Is erat locus Athenis in arce dignissimus, ubi de reipublicæ commodis consultabatur. Meminit Cicero primo libro de Oratore.

MODESTIA.

F iij Illud

500

Illud Socratis omnium maximum celebratur, quod dicebat, Se nihil scire, nisi hoc unum, quod nihil sciret. Atq; ob hoc ipsum ab Apolline solus sapiens iudicatus est.

Aristippus confutatus in disputatione ab homine audaci & stolido, cum illum uideret inflatum uictoria, Ego quidem, inquit, redargutus ab eo, sed suauius dormiturus te, qui redarguisti.

Augustus Cæsar filios suos nunquam populo commendauit, nisi cum hac exceptione, Si merebuntur, honorem non auctoritati, sed meritis tribui uolens.

ref. 2. 207
Iulius Cæsar populo per adulationem regem ipsum salutanti, Cæsar, inquit, sum, non rex. Maluit priuatum nomen, quam regnum inuidiæ obnoxium.

Pompeius Magnus libere de se profitebatur, quod omnem magistratum, quem gesserat, & citius esset nactus, quam ipse expectasset, & citius deposuisset, quam ab alijs expectatum fuisset. Id quod animi moderati erat, non ad Tyrannidem spectantis, sed Reip. commodum.

Dion Syracusanus exul factus, quum Pteodoti Megarensis opera opus haberet, & ad ædes illius ueniens, uideret illum ob negociorum multitudinem ægre quenquam admittere, amicis ob id indignantibus dixit, Quid hunc incusamus? Nonne & ipsi,
cum

45.
cum Syracusis essemus, eadem faciebamus?

Pyrrhus Epirotarum rex, cum rebus feliciter gestis, domum redisset, & à suis, Aquila, diceretur, Per uos, inquit, Aquila sum. Qui enim non essem, cū uestris armis, ueluti pennis subleuer? Modestissime gloriosi cognominis laudem, in milites transferens, uitauit inuidiam.

Quum Minutius gloriaretur sua opera Fabianæ maiestati multum decessisse, Si saperes, inquit, Fabius, reputares cum Annibale certamen tibi esse, potius quàm cum Fabio.

MODVS.

Rogatus Socrates, quæ esset præcipua iuuenum uirtus. Ne quid, inquit, nimium tentent.

Aristippus Aretam filiam salubribus præceptis imbuebat, consuefaciens, ut ubiq; quod immodicum esset, contemneret, quòd mediocritas in omni re optima, & in foemina maximæ uirtutis sit, temperare cupiditatibus.

Cato dicebat eos, qui eundem honorem subinde ambirent, uelut ignaros uiae, ne aberrarent, lictores, qui præcederent semper quærere. Significans nescire ipsos modum in honoribus.

Pittacus Mytileneus dicere solebat, Dimidium plus toto.

Plato Antisthenem, qui differendo fuerat prolixior,

F v lixior,

lixior, sic admonuit, Ignoras quod orationis modus sit, non is qui dicit, sed qui audit.

MEDICINA.

Tiberius Cæsar dixisse fertur, eum sibi hominem uideri ridiculum, qui sexagesimum prætergressus annum, manum porrigeret medico. Sentiens hominem tam grandem iam scire oportere, quomodo sibi mederi debeat.

Pausanias Lacon cum ab amico argueretur, quod de medico quodam male loqueretur, a quo nulla re læsus esset, nec cuius fecisset periculum. Si fecissem, inquit, periculum, non uiuerem.

Adrianus Cæsar moriens, uulgatum illud dixit, Medicorum turba Cæsarem perdidit.

Pausanias alter eum medicum censebat optimum, qui non sineret ægros extabescere, sed quam primum sepeliret. Inhumana prorsus sententia.

Idem medico cuidam dicenti, Ad senectutem peruenisti, Ob id, inquit, quia te medico non sum usus.

Hæc omnia quanquam medicinam damnent, tamen meminerit lector, a Deo creatam esse, adeoque ab ea non abhorreere sapientem.

MOLLICIES.

Diogenes cum circumstantes adolescentuli acclamassent, Canis, Canis, ac mox territi fugere cepissent, rogatiq; cur fugerent, dixissent, Ne mordeas nos canis. Bono, inquit, animo sitis filioli, Canis non edit betulam. Tecte illis exprobrans molliciem.

Betula arbor eximij rindoy

Idem

46.
Idem cum adolescens quispiam comptior, quæ-
stiunculam ipsi proposuisset, Non tibi prius respon-
surus sum, inquit, quæ sublatis uestibus ostenderis, utrū
masculus sis an fœmina, Ex cultu notans molliciem.

Idem cum uideret adolescentem sese ornantem,
Si ad uiros, inquit, frustra, si ad fœminas, iniuste. No-
tans & masculo masculum se parare frustra, inter
quos non possit esse coniugium, & infirmo sexui non
esse insidiandum, cum uxor non lenocinio, sed bonis
moribus concilianda sit.

MALORVM ASSVETVDO.

Plato adolescentem, quod aleam luserat, gra-
uiter increpuit. Qui cum dixisset, Sic obiurgas ob-
rem paruum. At paruum, inquit, non est assuesce-
re.

Herodes Sophista Proteo Cynico sine fine ip-
sum conuicijs incessente, Consenuimus, inquit, ambo,
Tu quidem male loquens, ego male audiens. Senti-
ens immedicabile malum esse, cui ille tam diu assue-
uerat, & se moderate ferre, quod iam nouum non
esset.

Alcibiadi demiranti, quod Socrates Xantip-
pen supra modum rixosam domi pateretur, Socra-
tes respondit, Ego iam pridem ijs sic assueui, ut non
magis offendar, quàm si rotæ, quæ aquam educit é
puteo, stridorem audiam, Nam is stridor non assue-
tis molestissimus est. Eundem qui cotidie audit, con-
temnit.

Mors

MORS NON LUGENDA.

Demonax Cœnicus quendam filij mortem inconsolabiliter lugentem adiit, certo promittens, se filij umbram ex inferis reuocaturum, si tres ex hominum numero nominare posset, qui nullius luxissent obitū, Quum is ne unum quidem inuenisset luctus expertem, Quid igitur, inquit, te ipsum discrucias homo, quasi nouum aliquid acciderit?

Antonius Pius quodam die dixit amicis priusquam moreretur, Quid me fletis? ac non potius de communi morte pestilentiaque cogitatis.

Amasis Aegypti rex conspiciens quendam amissum filiū lugentem, Si tunc, inquit, cum nondum esset, non dolebas, nec nunc quidem doleas, cum non est?

MEMORIA.

Cassius Seuerus, cum ex senatusconsulto libri illius exurerentur, Nunc, inquit, superest, ut ipse uiuus comburatur, qui illos edidici. Quod animo insculptum est, nisi cum uita eripi non potest.

Socrates dicebat, Literas, quas uulgus putat repperitas iuuandae memoriae, uehementer memoriae officere. Olim enim homines, si quid audissent dignum cognitu, non libris, sed animo inscribebant. Hac exercitatione confirmata memoria, facile quidquid uolebant, tenebant. Post reperto literarum usu, non perinde studuerunt animo, quod didicerant, insingere.

Themistocles

Themistocles præteriens ludum, in quo diceretur esse profectio, rogauit, quid profiteretur. Cum responsum esset, Artem memoriae, contempsit, dicens, Ego malim artem obliuiscendi. Sunt enim quorum obliuio gratior sit, quam memoria.

Antisthenes cuidam deploranti, quod Commentarios suos perdidisset. Oportuit, inquit, ista animo potius quam chartis inscribere.

MISERIA HUMANA E.

VITAE.

Diogenes dicenti miserum esse uiuere, Non, inquit, uiuere miserum est, sed male uiuere.

Antigonus Macedo cum a malo morbo reualuisset, Nihilo peius est, inquit, siquidem hic morbus submonuit nos, ne animo efferamur, quum sumus mortales.

Xerxes alter cum uidisset uniuersum Hellepontum, nauibus suis constratum, omnia littora atque Abydenorum plana hominibus referta, iactauit se beatum, moxque fudit lachrimas. Tam subitam mutationem admiratus Artabanus regis patruus, ausus est rogare causam. Tum Xerxes, Subijt, inquit, animum meum cogitatio, quam breuis sit hominum uita, quando ex tam numerosa multitudine, post annum centesimum nemo super futurus est.

Thales Milesius dicebat, nihil esse discriminis inter uitam et mortem, quod utraque res aequae esset secundum naturam.

Pyrrho

Pyrrho Eliensis admirari solebat illum Home-
ri uersiculum præ cæteris,

οἴκτωρ φ' ἄλλωρ ἕνεκ τίνδε καὶ ἀνδρῶν.

Omni re Virgilio
Tale quidem genus est hominum, quale est foliorum,
quod alijs defluentibus alijs succedant. Sensit in rebus
humanis nihil esse diuturnum aut stabile.

Socrates aiebat sibi uideri, quod dii semper ri-
derent, spectantes inanes hominum curas, quorum
quum omnia sint exigui temporis ac momenti, ta-
men non pari cura tractantur. Sic enim tumultuan-
tur homines, quasi & magna sint & perpetua, quæ
hic geruntur.

MUSICA CONTEMPTA PERIN-
DE ATQ. VE ARS INUTILIS.

Archidamus Lacon, quum quidam prædicaret
cytharedum, eiusque in cantando facultatem admi-
raretur, Heus, inquit, uir optime, quid honoris ac
præmij abs te ferent boni uiri, cum tantopere præ-
dices cytharædum?

Idem cuidam dicenti, Hic est bonus can-
tor. At apud nos, inquit, hic est bonus condimen-
torum artifex. Existimabat nihil referre, utrum
Musicorum instrumentorum sono, an obsonijs quis
uoluptatem adferret. Adeo nihil placebat, quod
effæminaret magis, quàm ad uirtutem accende-
ret.

Demaratus Lacon cum audiret Cantorem quendam ostentantem artem suam, Nihil aliud laudis illi tribuit, tantum ait, Mihi uidetur non male nugari.

Eudamidas rogatus de cantore quodam, qui feliciter cecinerat, qualis ipse uideretur. Magnus, inquit, in re parua delinitor.

Alcibiades Lyram hoc argumento reijciebat, quod uocem hominis imitaretur. Vnde liquet, qui olim Lyra canebant, simul & uoce cecinisse. Tibiam duplici nomine damnabat, quod sic mutaret oris habitum, ut uix à familiaribus agnosceretur qui canebat, & quod homini loquendi adimeret potestatem.

Alexander Magnus, cum quidam polliceretur se Paridis illi Lyram daturum. Minime, inquit, mihi illa opus est, cum Achillis Lyram habeam.

NEGLECTVS INIVRIARVM.

Diogeni cuidam obijcienti, q, exularet à patria, Miser, inquit, istius rei caussa philosophatus sum.

Idem cuidam dicenti, Plurimi te derident. At ego, inquit, non derideor.

Phocion cicutam bibiturus, cū quispiam percontaretur, si quid filio uellet dicere, Nam is aderat. Ego inquit, fili tibi præcipio obsecroq;, ne quid ob huius rei memoriam male uelis Atheniensibus.

Agathocles quum obsideret urbem quandam,
quibusdam

quibusdam e muro conuicia in ipsum iacentibus, dicentibusq; Figule (figulo enim patre natus fuit) unde persolues militibus stipendium? Ille placidus ac ridens, Cum inquit hanc cepero.

Archelaus cum a quodam aqua conspersus esset, amicis illum aduersus eum, qui hoc fecerat, inflammantibus, Imò, inquit, non me conspersit, sed eum, quem me esse putauit.

Aristides cum iret exulatum, sublatis in coelum manibus, deos comprecatus est, sic prosperarent res Atheniensium, ut illis Aristides nunquam ueniret in mentem. In rebus enim adflictis solet populus ad egregios uiros confugere, id quod cuenit. Cum enim Xerxes Atticam adoriri statuisset, reuocatus est ab exilio.

Idem cum duceretur ad supplicium, & quidam inimicus illi in faciem expueret, Nihil aliud quam abstersit faciem, & subridens ait magistratui se comitanti, Admonete istum, ne tam improbe postea oscitet.

Epanimondas ciuium suorum iniurias patientissime ferebat, dicens, Esse nephas, irasci patriae.

Fabius Maximus, cum propter contationem per ludibrium uocaretur, Annibalius paedagogus, Qui dicteria, inquit, conuiciaq; metuat, Eum sibi uideri timidiores his, qui fugiunt hostes.

Cum Catoni causam in foro agenti, Lentulus attracta

attracta pingui saliva, in mediam frontem, quantum poterat, expuisset, abstersit Cato faciem, ac dixit, Affirmabo omnibus Lentule, falli eos qui te os habere negant. Os habere negantur, quos nihil pudet.

Tiberius Caesar cum iocis, conuicijs, famosis carminibus frequenter impeteretur, Amicis ad ultionem hortantibus respondit, In ciuitate libera, linguam mentemq; liberat esse debere.

Antisthenes cum audisset Platonem male de se loqui, nihil commotus, Regium, inquit, est, cum feceris bene, audire mala.

Anacharsis Scytha ab adolescente quodam in conuiuio pulsatus, Adolescens, inquit, si nunc uinum non fers, ubi senueris feres aquam.

Anaxagoras Clazemenius, cum ab Atheniensibus esset damnatus exilio, cuidam dicenti, Priuatus es Atheniensibus, Imo illi, inquit, me.

Zenocrates cum a Bione dictis lacefferetur, Non sum, inquit, tibi responsurus, Neq; enim Tragædia cum a Comædia taxatur, dignatur eam responso.

Bion Boristhenites dicebat, Magnum esse malum, non posse ferre malum.

Aristoteles cum accepisset quendam in ipsum dixisse conuicia, Absentem, inquit, uel loris cedas. Docens ea prorsus esse contemnenda, quæ non ledunt, nisi quis se ledi putet.

NOBILITAS.

G Diogenes

di=
un=
s ac
set,
m=
um,
lum
res
t in
ad
um
ab
am
am
co=
os=
is=
em
us,
ui=
us
ta



Diogenes nobilitatem atq; hoc genus alia fortuna
decora, dicebat nihil aliud esse, ac uelamenta mali-
ciae, quòd nobiles semper sibi nihil non permittant.

M. Tullius, cum ob Ciceronis cognomen dicte-
rijs incessetur, ab amicis admonitus, ut aliud sibi
cognomen asceret. Respondit se Ciceronis nomen
illustrius effecturum, q̄ esset Catonum, Catulorum aut
Scaurorum. Nam hæ familie illustres erant apud
Romanos, cū Tullius esset nouus homo. Subindicauit
autem pulcherrimum nobilitatis genus esse, quam sibi
quisque proprijs uirtutibus conciliat.

Agathocles Syracusanus, Sicilia potitus, rexq;
declaratus, solitus est in mensa fictilia pocula iu-
xta aurea ponere, eaq; iuuenibus ostendens dicere,
Quum antea talia fecerim, commonstratis fictilibus,
(patre enim figulo natus fuit) Nunc per uigilantiam
& fortitudinem talia facio, commonstrans aurea.
Non puduit pristinae fortunæ, sed gloriosius existi-
mauit regnum uirtute partum, quàm si hæreditate
obuenisset.

Iphicrates Græcorum dux, Harmodio cuidam
obijcienti generis probrum per conuicium, Meum,
inquit, genus à me habet originem, Tuum in te de-
sijt.

Scipio Minor, Appio Claudio, quem in ambienda
censura competitorem habebat, iactanti q̄ citra
nomenclatorem ciues omnes nominatim salutaret,
quum

50.

quum Scipio propemodum nosset neminem. Respon-
dit, Vera narras, nam mihi studio fuit, non ut nos-
sem multos, sed ne cuiquam essem ignotus.

Antisthenes Philosophus dicere solebat, Qui
uirtute præditi sint, eosdem & nobiles esse, Habere
enim id, unde uera nascatur nobilitas.

Herodes Sophista in accusatorem, qui de cau-
sa pauca, de generis sui claritate multa iactarat, Tu,
inquit, nobilitatem habes in talis. Significans nihil
ipsum habere ueræ nobilitatis, præter imagines.

Vopiscus in diuo Aurelio refert Apophthegma
scurræ cuiusdam, qui dixerit, In uno annulo omni-
um bonorum principum insignia sculpi posse. Sen-
tiens magnum principum numerum, sed paucos bo-
nos. Multos præterea maiorum titulis ac stemmate
superbire, qui, si inane nobilitatis nomen illis detra-
has, præter figuram nihil hominis habeant.

NOMINIS IMMOR-
TALITAS.

Antisthenes Philosophus dicebat, Vulgus homi-
num est statuis, trophæis ac libris sibi promittere im-
mortalitatem, cum non alia sit ad hanc uia, quàm si
iuste & pie uiuas.

Plato rogatus, Ecquod esset ipsius futurum mo-
numentum, quemadmodum superiorum. Primum,
inquit, parandum est nomen, ita monumenta futura
sunt multa, Sensit hominis memoriam optime seruari

G ij in mensibus

*fama
epitaphium
monumenta*

in mentibus hominum, optimeq; propagari scriptis
uirorum eloquentium.

V Frontinus uetuit sibi monumentum extrui his
uerbis, Impensa monumenti superuacanea est, me-
moriam nostri durabit, si uita meruimus. Excelsi ani-
mi est, quum praecleara gesseris, gloriam contemne-
re posse.

Bion Boristhenites dicebat, Gloriam matrem
esse annorum, Ob id opinor, Quod cum hominis uita
sit breuis, honesta fama in multa secula propaga-
tur. Vide titulum, *Honestam famam.*

OTIUM HONESTUM.

Chilo Lacon dicebat, ad amandam quietem esse,
quoties datur honestum otium.

Socrates iudicabat otium possessionum omnium
esse optimam. Otium autem sensit, non ignauiam, sed
a prauis cupiditatibus quietum, studioq; deditum
esse.

Dionysius cuidam percontanti, Num esset ocio-
sus. Absit, inquit, ut hoc mihi accidat. Sentiens tur-
pissimum esse, ociosum esse a Reip. negocijs.

Scipio Senior, si quando uacans a bellicis nego-
cijs, in literis uersaretur, dicere solebat, Se nunquam
minus esse ociosum, quam cum esset in otio. Sensit se
id temporis non dare animum otio, aut uoluptatibus,
sed de Reipub. commodis multa cum suo animo tra-
ctare.

Plato

51.
Plato e' disputatione discedens, solitus est admo-
nere discipulos, Videte pueri, ut otium in re quapi-
am honesta collocetis. Significans inhonestum otium
omnia mala docere adolescentes.

Attilius dixit, Satius esse, ociosum esse, quam ni-
hil agere. Ociosus est, qui uacat ab externis actioni-
bus, Philosophiae interim deditus. Nihil agit, qui ne-
gocijs infrugiferis, nihil ad beate uiuendum conse-
rentibus, occupatur.

OPTIMATES FVRES.

Diogenes conspiciatus duci quendam, qui ex aera-
rio phialam furatus fuerat, Ducebatur autem a ma-
gistratibus, Magni, inquit, fures paruum ducunt.

Cato Senior dicebat, Priuatarum rerum fures in
compedibus uitam agere, publicarum in auro &
purpura conspicuos incedere.

OBTRECTATIO.

Hieron Syracusanus Xenophani Colophonio
de paupertate sua querenti, quod egre duos aleret
famulos, At Homerus inquit, quem tu carpis, etiam
mortuus, alit plusquam decem hominum milia, Et tu qui
uis illo uideri doctior, unus non alis duos?

Zoilus interrogatus, quam ob rem ita studeret
omnibus maledicere, Quoniam, inquit, malefacere
cum cupiam, non possum. Expedita malicia, morbum
ingenue confitentis & amamus.

C. Caligula commentarios ad fratris matrisque
G. iij calumnias

Detrahitur
de latio

Nil ad felicitatem si uxor non fuisset.

calumnias pertinentes, conuectos in forum, & ante
clare testatus deos, neq; legisse se neq; attigisse quid=
quam, concremauit. Negans se delatoribus aures ha=
bere, id quod, nisi fingeretur, boni principis erat.

ODIVM MULIERVM.

Pacuius Ario uicino querebatur, quod in hor=
to suo funestam haberet arborem, unde prima uxor
se suspendisset, dein altera, postremo tertia, Cui Ari=
us, Miror te in tot successibus inuenisse lachrymas. Et
adiecit, Deum immortalem, quot tibi dispendia arbor
illa suspendit, Quæso, da mihi ex ista arbore quos
inseram surculos.

Catonis illud est, Si absq; uxoribus mundus esse
possit, uitam nostram non esse absq; dijs.

Demonax Cynicus suadenti Epicteto, ut uxore
ducta, daret operam liberis, Respondit, Da mihi igi=
tur unam e filiabus tuis. Significans illum inepte
suadere alteri, quod ipse non faceret.

Alphonsus Arragonum rex dicebat, Eos insani=
re, qui uxorem fugitiuam perquirerent.

Diogenes cum aliquando uidisset mulieres ex
oliua pendere præfocatas, Vtinam, inquit, & ceteræ
arbores similem ferrent fructum.

ODIVM ET INUIDIA.

Dionysius Syracusanus, ex postulantibus qui=
busdam, quod honore dignaretur, ceterisq; præfer=
ret hominem improbum, ciuibusq; inuisum, Volo, in=
quit

quit, esse, quem me magis oderint. Agnouit ingenium multitudinis, Si sint in quos odium deriuent, mitiores sunt in principem.

Annibal adhuc puer, cum quaereretur de odio inter Carthaginem & Romam finiendo, pedem infixit solo, ac puluere suscitato, Tum denuum finem belli fore dixit, cum altera pars in habitum pulueris esset redacta.

Idem bibiturus uenenum, quod in eum usum paratum habebat, dixit, Soluamus ingenti cura populum Romanum. Id postremo male habebat hominem, quod Romanis non posset iam aliquo pacto molestus esse.

Antisthenes dicere solitus est, Non aliter ac ferrum absumitur rubigine, ita inuidos suo ipsorum uicio contabescere.

Idem dicebat, Absurdum esse, triticum repurgare a lolio, bellum ab inutili milite, & a Rep. non secernere inuidos.

Bion Boristhenites conspiciens quendam tristi uultu, qui habebatur inuidus, Nescio, inquit, utrum tibi aliquid acciderit mali, an alteri quippiam boni. Inuidus enim non minus discruciat aliena foelicitate, q̄ suo infortunio.

Alphonsus Arragonum rex aiebat, Si sibi contigisset nasci temporibus, quibus Roma florebat, se constructurum fuisse contra curiam templum Ioui

G iij Positorio,



Positorio, in quo priusquam in senatum uenirent patres Conscripti, Odium, Amorem, ac priuatos adfectus ponerent.

PROVIDENTIA.

Scipio Africanus dicere solebat, In re militari turpe uerbum esse, Non putaram, quòd alijs in rebus interdum locus datur, male instituta posterioribus consilijs corrigere. Cæterum quæ ferro aguntur, ea non oportet temere aggredi, quòd hic error ferè est inemendabilis.

Quum Cæsar Ariminũ occupasset, & ad Pompeium summa in urbe translata esset, Cato dixit, Si mihi ista prædicenti credidissetis, nec unum nunc timeremus, nec ab uno spes nostræ penderent.

Lutius Sylla cum cogitaret de occidendo C. Cæsare, amicis id ne faceret dehortantibus, Desipitis, inquit, si in hoc puero non uidetis multos inesse Marios.

Idem monere solebat Romanos, Cauerent puerum male præcinctum, Cæsarem intelligens.

Antisthenes Philosophus dicebat, Sapienti nihil esse nouum aut subitum, Eò quòd quidquid homini potest accidere, sit iam præmeditatus, ut nunquam dicat, Non putaram.

POENITENTIA.

Cato Senior tria sibi per omnem uitam accidisse dicebat, quorum poeniteret. Primum, si quid arcani
feminae

53.

foeminae credidisset. Alterum, si eō fuisset nauigio uectus, quō pedestri itinere uenire potuisset. Tertium, si quis dies per negligentiam ipsi absq; fructu effluxisset.

Idem dicebat, Quōd male emptum sit, semper poenitere.

Vespasianus Filius, morti uicinus, questus est sibi immerenti uitam eripi, cum nullum in uita extaret factum, cuius poeniteret, uno duntaxat excepto. Id cuiusmodi fuerit, nec ipse prodidit, nec quisquam coniectare potuit.

Demosthenes cum Laide rem habiturus, cum illa poposcisset decem drachmarum milia pro una nocte. Respondit, Tanti poenitere non emo.

PRINCEPS BONVS.

Agasicles interrogatus, quo pacto posset aliquis tuto imperare, nullo stipatus satellitio. Respondit, Si sic imperet, quēadmodum pater liberis imperat. Significans tum demum tutos fore principes, si perinde subditis consultum cupiant, atq; parentes liberis.

Agefilaus Lacedæmoniorum rex dicere solebat, Principis esse, non mollicie delicijsue, sed temperantia ac fortitudine priuatis hominibus antecellere.

Quum Græci Persarum regem ex more magnum appellarent, Quare, inquit Agefilaus, maior me est, nisi sit iustior ac temperantior?

G v Socrates

libido

Socrates dicere solebat, Impudenter facere, qui cum boues efficeret pauciores, postularet tamen bonus haberi bubulcus, Sed multo absurdius esse, si quis uelit haberi bonus Reipublicæ gubernator, cum ciuium numerum imminuat.

Philippus Macedo anui cuidam pauperculæ ipsum appellanti, ut causam suam agnosceret, Respondit, sibi non esse ocium. Cumq; inclamasset anus, Proinde ne rex esse uelis. Philippus aniculæ libertatem admiratus, non solum illi, sed omnibus deinceps præbuit aures.

Antigonus Macedo, quodam dicente, Omnia regibus honesta iustaq; esse, Sunt, inquit, per Iouē barbarorum duntaxat regibus. At nobis ea duntaxat honesta sunt, quæ honesta sunt, & ea iusta, quæ iusta sunt.

Cyrus dicebat, Eos qui sibi prodesse nolint, cogendos esse, ut alijs profint & usui sint.

Idem dicebat, Neminem debere suscipere magistratum, nisi melior sit ijs, in quos susceperit.

Cato Senior aiebat, Pessimum Imperatorem esse, qui sibi ipsi non posset imperare.

Traianus Imperator, amicis incusantibus, q; parū memor Imperatoriæ maiestatis, nimium esset omnibus expositus, Respondit, Talem præstabo Imperatorem priuatis, qualem optarem ipse priuatus.

Constantius Chlorus amicis admonentibus, q; in
augendo

Multos regis si ratio h' dixerit ✓

54.
augendo fisco uideretur indulgentior, Respōdit, Pu-
blicas opes rectius à priuatis haberi, quàm intra
unum claustrum reſeruari.

PRODIGALITAS.

Diogenes præteriens prodigi cuiusdam ædes, in-
scriptionē habentes, Venales. Facile, inquit, diuina-
bam fore ut præ immodica crapula domū euomeres.

Idem dicebat, Eos qui per luxum facultates suas
in scorta & crapulam profunderent, Arboribus per
præcipitia nascentibus similes esse, quarum fructus
homo non gustaret, sed à coruis & uulturibus ede-
rentur. Sentiens, qui gulæ seruiunt, nō esse homines.

Cato Senior in Albidium, qui luxu facultates pro-
degerat, deniq; & ædes deuorarat, nouissime conse-
cutum incendiū omnia absumpsit, quæ reliqua erant,
Ita iocatus est, ut diceret, eum proteruiam fecisse. Id
erat priscum carnificij genus, in quo si quid super-
fuiſſet, seruari religio erat, sed igni cremabatur.

M. Antonius cum esset prodigiose profusus, dice-
re solebat, Amplitudinem Imperij Romani non per
ea quæ acciperet, sed per ea quæ daret, illustrari.

Bion Boristhenites in quendam, qui prædia sua
deuorarat, Amphiaraum, inquit, terra absorbuit, tu
terram.

PROBITAS.

Agis Iunior Lacedæ. rex, sciscitanti cuidam im-
probo, Quis esset inter spartiatas uir optimus. Qui
tui, inquit, est dissimillimus. Lacon

Lacon quidam cum uenderetur, rogatus à licitatore, Eris ne frugi, si te fuero mercatus? Etiam, inquit, si mercatus non fueris. Qui probus est natura, ubiq; probus est.

Diogenes bonos uiros dicebat deorum simulaehra. Deorum est benefacere omnibus, nocere nemini. Hæc imago melius relucet in sapientibus ac probis uiris, quàm in stauis.

Vxo Themistocles cum ex procis filie bonum uirum ac probum diuiti prætulisset, quibusdam hoc admirantibus, Malo, inquit, uirum absque pecunia, quàm pecuniam absque uiro.

PVDOR.

Pythias Aristotelis filia rogata, quis esset color pulcherrimus. Is, inquit, quem in ingenuis gignit pudor. Agnoscas uel ex hoc dicto Philosophi filiam.

Cato Senior aiebat sibi magis placere iuuenes, qui rubescerent, quàm qui pallecerent, Quòd rubor arguat bonam indolem, pallor non item.

PAX.

Antoninus Pius dicere solebat, Se malle unum ciuem seruare, quàm mille hostes occidere.

Seuerus imperator moriturus dixit, Turbatam Remp. ubiq; accepi, pacatam etiam Britannis relinquo.

Idem Symbolũ Tribuno dari iussit, Laboremus, pacis scilicet omen. Cræsus

55.

Croesus Lydorum rex, hoc argumento pacem bello prætulit, Quòd pacis tempore filij patres, in bello contra patres sepelirent liberos.

PRUDENTIA.

Archidamus laudatus à quodam, quòd Arcadas bello superasset. Præstantius erat, inquit, si illos prudentia quàm uiribus superassemus.

Cato Uticensis, cum in senatu Pompeio, cui parum aliòqui fauebat, decerneret imperium, dixit, Talium uirorum esse Reipubl. ingentia mala inferre, eademq; depellere. Tempori consilium prudenter accommodans.

Scipio Minor tantam habebat iuuenis etiamnum fortitudinis & prudentiæ opinionem, ut Cato Senior etiam interrogatus de eo, Homericò uersu responderit, Ille solus sapit, Alij uolitant uelut umbrae.

Antisthenes Philosophus dicere solebat, Tutissimum murum esse prudentiam, quòd is nec collabi, nec perdi possit.

Bion Boristhenites dicebat, prudentiam tanto cæteris uirtutibus antecellere, quanto cæteris sensibus præstaret uisus, Nam oculi prælucent toti corpori. Nec ulla est uirtus absque prudentia. Nam quomodo iustus unicuiq; reddet suum, nisi prudentia commonstret, quid cui debeat. iustitia

Xenophon dicebat, Esse prudentis cordatiq; uiri, etiam ab inimicis utilitatem capere. Vulgatum est.

est, Neq; solem, neq; aquam, neq; ignem, magis uti-
lem esse hominibus, quam amicos. At ingenij Philo-
sophici est, etiam ex inimicorum odio decerpere ali-
quid, quod inde uertat in suum bonum.

Bion Boristhenites aiebat, Iuvenes uti debere for-
titudine, Senes ualere prudentia, Nam his rerum usus
conciliauit sapientiam.

PAUPER TAS.

Lycurgus, ciuibus quibusdam interrogantibus,
quomodo liceret hostiū insultum effugere, Si, inquit,
pauperes fueritis, nec alius alio plus requirat.

Idem percontanti, quam ob rem hostium cada-
uera spoliare uetuisset, Ne, inquit, dum spolijs incum-
bunt, pugnam negligant, sed paupertatem unā cum
ordine seruent.

Telecrus Lacon roganti, quantum possideret fa-
cultatum. Non plus, inquit, quam sat est.

Diogenes cuidam paupertatem probri gratia
obijcienti, cum ipse scelerosus esset. Ob paupertatem,
inquit, neminem uidi torqueri, ob maliciam uero
multos.

Idem paupertatem appellabat uirtutem, *αυτο
διδασκτον*, id est, quæ per se discitur.

Manius Curius, arguentibus, quod ex agris
bello partis, exiguam partem unicuiq; militum di-
stribuisset, Optauit a dijs, ne quando existeret quisq;
Romanus, cui ager exiguus uideretur, qui posset ale-
re dominum.

Arcefilaus

fuerat traditus, summa ueneratione prosequeretur,
dicens, Se illi non minus quam patri debere, quod a
patre uiuendi, a praecipiente bene uiuendi initium
accepisset.

Cum Platoni Dionysius diceret, Aliquis tibi au-
feret tibi caput. Xenocrates qui tum praecipiente ad-
erat, Non prius, inquit, quam hoc, suum ostendens
caput.

Quanta reuerentia filij Zeniadis Chorotheij
Diogenem, quem pater in auctione emptum ipsis praeci-
pientem praefecerat, obseruarint, copiose Erasmus
in Diogenis Apophthegmatis enarrat. Non quod ea
res ad Apophthegmata pertineat, Sed ut pueri ad
hoc pietatis, genus extimulentur, alias iure ingra-
ti.

PECVNIAE STVDIVM.

Anaximander diuine
Agesilaus, aduersus pecuniae studium amicos
admonere consueuit, Ne tam pecunijs, quam forti-
tudine ac uirtute studerent ditescere, quod frustra
parat opes, qui animi opibus uacet.

Vbi pecuniae sunt in Lacedaemoniorum urbem
inuectae, qui eas importarant, morte damnati sunt.
Siquidem Alcameni ac Theopompo regibus hoc
oraculum erat redditum, Pecuniarum amor Spar-
tam perdet.

Chilo Lacon dicere solebat, Quod Lydius la-
pis sit auro, id aurum esse homini. Aurum enim ar-
guit, quale sit hominis ingenium. Philippus

527
Philippus Macedo, cum arcem quandam munitam expugnaturus, exploratores renunciassent, Vincere eam & expugnari non posse. Etiam, inquit, asinus auro onustus accedere ad eam non potest? Significans, nihil tam munitum esse, quod auro expugnari non possit.

Demosthenes quibusdam arbitrantibus, Demadem iam desuisse malum esse, iam enim, inquit, saturum videtis, ueluti leones. Erat pecuniarum avidus Demades, Leones mitiores sunt saturi.

Crassus ille diues, negabat quenquam pro diuite habendum, qui non posset priuatis facultatibus alere exercitum.

Socrates conspiciens diuitem quendam, sed indoctum, Ecce, inquit, aureum mancipium. Indoctus seruus est, & cupiditatum & eorum quae possidet.

Simonides reprehendentibus, quod ad questum scriberet, iocari solebat, Duas sibi arcas domi esse. Alteram pecuniae, alteram gratiarum. Priorem se reperire plenam, Alteram semper uacuum.

PATIENTIA.

Socrates colapho percussus a quodam in uia, nihil aliud respondit, quam quod homines nescirent, quando prodire deberent cum galea.

Idem cum Xantippen rixantem diu tulisset in aedibus, ac tandem fessus consedisset ante fores, illa magis irritata quiete uiri, de fenestra perfudit eum

H lotio.

lotio. Ridentibus qui præteribant, ridebat & ipse, dicens, Facile diuinabam, post tantum tonitru sequenturam pluuiam.

Idem interrogatus, cur duas domi aleret uxores, easque rixosas. Hæ, inquit, domi me docent tolerantiam.

Aristippus consputus à Dionysio, æquo animo tulit, ob eam rem indignantibus, Piscatores, inquit, ut gobionem capiant, aqua marina se patiuntur aspergi, ego ut balenam capiam, non patiar aspergi salina? Significans per balenam regem, quem patientia sua conabatur ad Philosophiæ studium pellicere.

Diogenes colaphum impingenti, Profecto, inquit, nesciebam capite galea tecto incedendum esse.

Cæsar Augustus Tiberio per literas conquerenti, idq; iracunde, de ijs qui de ipso male loquerentur. Rescripsit ne ea in re nimium indulgeret ætati suæ. Satis est enim, inquit, si hoc habemus, ne quis nobis malefacere possit.

Phocion Atheniensis capitis damnatus, adq; supplicium ductus, cum ex inimicis quidam obuius factus, post conuicia in faciem ipsius expuisset, Nihil aliud q̄ ad magistratus conuersus, Non hunc, inquit, aliquis compescet, indecore se gerentem?

Idem cicutam bibiturus, cum percontaretur quispiam, Si quid filio uellet dicere, nam is aderat. Ego, inquit, tibi fili præcipio, atq; etiam obsecro, ne quid

*De hoc bono orali
more. Phocion*

58
quid ob huius rei memoriam Atheniensibus male uer-
lis.

PHILOSOPHIA.

Physiognomia
Physiognomon quispian, qui se profitebatur ex
habitu corporis hominis ingenium deprehendere posse.
Inspecto Socrate pronunciauit illum hominem bar-
dum, mulierosum, uinolentum & intemperantem.
Cum amici Socratis homini mimarentur, cohibuit il-
los dicens, Omnino talis eram futurus, nisi me Philo-
sophiae gubernandum tradidissem.

Aristippus percontanti Dionysio, quid eximi-
um haberent Philosophi praeter ceteris hominibus, Ut,
inquit, etiamsi omnes leges aboleantur, tamen aequa-
biliter uicturi simus.

Posteaque Dionysius Iunior regno pulsus fuit,
cuidam dicenti, Quid tibi Plato et Philosophia pro-
fuit? Ut tantam, inquit, fortunae mutationem facile se-
ram.

Antisthenes rogatus, quid fructus coepisset ex
Philosophia, Ut mecum, inquit, loqui siue uiuere po-
ssim. Sentiens doctum non sentire tedium solitu-
dinis, etiamsi solus sit.

Bion Boristhenites Rhodi, cum Athenienses da-
rent operam Rhetoricis, ipse Philosophiam docebat.
Ob id reprehensus, ita respondit, Triticum aduexi,
& hordeum uendo. Sentiens absurdum esse, ab ipso
requiri deteriora, cum attulisset meliora.

rethoriam
H ij Aristot-

Aristoteles percontanti, quid lucri coepisset ex Philosophia, Vt ea, inquit, nullo imperante faciam, quæ vulgus facit metu legum.

Crates Thebanus interrogatus, quô ad esset philosophandum, Donec, inquit, exercituum duces, qui sunt, uidebuntur esse Agasones. Sentiens, ibi maxime esse opus Philophia, ubi qui populo præsumt, stolidi sunt & indocti, & homines, quibus præsumt, habent pro asinis.

Pythagoras dicebat uitam humanam esse similem Panegyri, hoc est, solenni hominum conuentui, ad quem alij conueniunt certaturi, alij negociaturi, nonnulli spectatores modo futuri, Ac cæteros quidem omnes esse sollicitos. Solum spectatorem frui celebritate tranquillum. Hunc spectatorem aiebat esse Philosophum.

Demonax rogatus à Sophista quopiam, Quod uaticum attulisset ad philosophandum, Cynice admodum respondit, ὄρχηρος, id est, testes. Significans se nudum accessisse.

Aristippus, cum famulus ferens pecuniam in itinere, onere grauaretur, Abijce, inquit, quod nimium est, & fer quod potes. Philosophia foeliciter hausta non est oneri, ueluti pecunia.

PVDICICIA.

Hieronî Syracusano quidam exprobrabat oris graueolentiam. At ille cum uxore exostulauit, & id sibi

59.

id sibi nunquam indicasset. Tum illa, Putabam, inquit, uiros omnes ad eundem olere modum. Eximium pudicitiae argumentum, quae nulli uiro tam uicina fuerit, ut oris halitum sentire posset, praeterquam uni marito.

Idem Epicharmo Comico Poetae, quod praesente ipsius uxore dixisset quiddam inhonestum, dixit mulctam.

Antiochus Tertius cum uidisset Dianae sacerdotem supra modum eleganti forma, continuo soluit Epheso, ueritus ne uis amoris aliquid ipsum facere compelleret, quod phas non esset.

Pericles praetor collegam sortitus est Sophoclem Poetam. Cum autem simul nauigarent, ac Sophocles conspecto formoso puero dixisset, En quam speciosus puer. Respondit Pericles, Decet praetorem non modo manus, sed et linguam habere continentem.

RELIGIO.

Cum Agesilaus, post reportatam ab Boeotijs ac Atheniensibus uictoriam, interrogaretur, quid de ijs fieri uellet, qui in templum Mineruae profugerant. Vetuit illos uiolari, dicens, Admirari se, quod non grauiore poenae sumerentur de ijs, qui religionem minuerent, quam qui templa spoliarent, Quod hominum salus mutis templorum ornamentis longe dijs sit charior.

H iij Diogenes

festus

Diogenes conspicatus peregrinum quendam ad festum diem studiose componentem sese, Quid facis, inquit, an non quilibet dies bono uiro festus est?

est

Pericles roganti amico, ut pro se falsum testimonium diceret, cui adiunctum erat iusiurandum. Respondit se quidem amicum esse, sed usque ad aras. Sentiens aliquousq; gratificandum amicis, sed citra uiolationem religionis.

Fabius Maximus cum Tarentum cepisset diripuisseq; scribæ percontanti, quid de deorum simulacris statuisset, Relinquamus, inquit, deos iratos Tarentinis.

RELIGIONIS CONTEMPTVS.

Olim erat magna sepulchrorum religio, Eaq; pars agri, quæ erat religioni dicata, non proscindebatur aratro. Vectius igitur quidam cum religione hac contempta, patris monumentum exarasset, Augustus Cæsar facete iocatus est, Hoc, inquit, est uere patris monumentum colere. Lusit ancipiti uerbo, Colimus quæ ueneramur, Sed & ager colitur.

Dionysius Tyrannus cum Locris proserpineæ templum spoliasset, moxq; classis illius secundo uento nauigaret, Videtis, inquit, q̄ prospera nauigatio à dijs immortalibus detur sacrilegis. Ex hoc colligens, Aut non esse deos, aut illis nō esse molesta sacrilegia.

Idem mensas aureas atq; æreas dijs dicatas é
phanis

60.

phanis sustulit, Has inscriptio ex more Græcorum testabatur esse bonorum deorum, ne quis manum admoliretur. At ille cauillatus est, se bonitate deorum uti, Nam bonos dici, quod omnibus benefaciant.

Idem Victorias, pateras, & coronas aureas, quæ simulachra porrectis manibus sustinebant, uelut offerentia, tollebat dicens, Se oblata accipere, non eripere. Addens perabsurdum esse, a quibus quottidie bona flagitamus, ab ijs ulro porrigentibus nolle accipere.

Protagoras Abderita ἄθεος dicebat, de dijs nihil certo sciri, sint, an non sint. Ob id libri illius in foro exusti sunt, quod docerent impietatem.

Pericles cum urgeret belli necessitas, Palladis ornamenta uendit quadraginta talentis auri, & admirantibus ab illo rem sacrilegam admitti, respondit, Ex hostium manubijs posse illi reddi cultum nihilo deteriore.

Demonax accusatus, quod nunquam sacrificasset Mineruæ, Nunquã, inquit, existimaui illi meis uictimis opus esse.

REGNANDI RATIO OPTIMA.

Alcámenes Lacon interrogatus, Quo pacto quis regnum optime seruare posset, Si lucrum, inquit, non fecerit magni.

Theopompus Lacon interroganti, quo quis pacto
H iij regnum

regnum possit tueri. Si, inquit, amicis concedat iustam libertatem, pro uiribus interim aduigilans, ne subditi afficiantur iniuria.

Chilon Lacedæmonius docuit potentiæ adiungendam mansuetudinem, ut à suis non tam metum extorqueat, quàm impetret reuerentiam.

Philippus Macedo, cum subactis Græcis, quidam ipsi autores essent, ut ciuitates præsidijs contineret, ne deficerent, Malo, inquit, diu bonus & commodus, quàm breui tempore dominus appellari. Sentiens regnum beneficijs teneri, ui metuq; amitti.

Antigonus rex Macedonum, cum omnes admirarentur, quòd initio regni durior fuisset, senex factus placide & clementer gubernaret, Prius, inquit, opus erat regno, nunc gloria & beneuolentia. Sentiens partum regnum honesta opinione & beneuolentia retineri.

Cato Senior admonebat, ut qui potentes essent, parce uterentur sua potestate, quo semper uti possent. Sentiens potentiam clementia bonitateq; fieri diuturnam, ferocia breuem.

Cum Mammea uxorq; Memmia Alexandro Seuero obijcerent, quòd nimia ciuilitate redderet potestatem molliorem. Respondit, Sed securiorem atq; diuturniorem. Significans, Malum diuturnitatis custodem esse metum.

Idem & urbem, & prouincias, & aulam suam purgauit

61.
purgauit hominibus non necessarijs, dicens, Malum pupillum esse Imperatorem, qui ex uisceribus prouinciarum homines non necessarios, nec Reipublicæ utiles aleret.

Assessoribus idem assignauit sua salaria, quam dicebat, illos potissimum promouendos, qui per se Rempublicam gerere possent, non per assessores. Vnumquenq; hoc agere debere, quod nosset.

Idem Vetronium quendam, patrocinium suum cum uendidisset, multa interim mentiens, alligatum in ignem, ex humida materia congestum, conijci iussit, pracone clamante, Fumo punitur, qui fumos uendit.

RAPACITAS.

Cicero in nomen Verris iocari solebat, quod omnia uerreret, hoc est, nihil reliqui faceret homo furax.

Cum quispiam, qui ob furti suspicionem male audiebat, petulantius inueheretur in lucernam Demosthenis. Scio, inquit, Demosthenes, nos tibi molestos esse, qui noctu lucernam accendimus. Significans fures amare tenebras.

Dionysius Tyrannus Ioui Olympio detraxit magni ponderis aureum amiculum, proq; detracto aureo laneum illi pallium iniiciens. Aureum, inquit, amiculum aestate graue est, hyeme frigidum, La-

H v neum ad

neum ad utrumque anni tempus accommodatius est.

Idem Aesculapio barbam auream detraxit, quod negaret decorum, Patrem Apollinem imberbem, ipsum uero barbatum conspici.

Nero nunquam cuiquam officium delegauit, nisi haec adijceret, Scis quibus mihi opus est, et hoc agamus, ne quis quid habeat. Vox praedonem, non principem arguens.

Alexander Seuerus furti suspicione infames ne intueri quidem sustinebat. Itaque dicere solbat, Solos fures de paupertate conqueri, quo uitae suae scelera tegant.

SENECTVS SEV CANICIES.

Lacon quidam senex interrogatus, cur barbam gestaret syluosam ac promissam. Ut, inquit, intuens canos pilos, nihil illis committam indignum.

Diogenes percontanti, quid esset in uita miserimum, Senex, inquit, egenus. Significans, si nulla uirtute praeditus sit.

Iulio Caesare palam multa ui praeterque leges agente, Considius admodum natu grandis libere dixit, Ideo non conuenire ad consultandum seniores, quod illius arma timerent. Huic cum Caesar dixisset, Quin tu igitur eodem metu te contines domi? Me inquit, Considius senecta intrepidum facit.

Cum L. Lucullus post obita militiae munia uoluptatibus sese dederet, Pompeium interim reprehenderet, quod

62
ret, q̄, præter ætatem multis negocijs appeteret im-
plicari. Magis, inquit Pompeius, præter ætatem est,
senem delicijs uacare, q̄ imperium gerere.

Cato Senior, senectuti cū multa adsint probra, nō
esse addendū maliciæ dedecus, dicebat. Alij narrant
hoc ab illo dictū in senem obuium uitæ contaminatæ,
Ne ætatis tuæ malis addas turpitudinem.

Solon Salaminus, cū Pisistratus occuparet Rem-
pub. solus ante ædes Tyranni positus armis in clama-
re ciues ausus est. At cum Pisistratus illum percon-
taretur, qua re fretus hoc auderet. Senectute inquit.

Bion Boristhenites docebat, nulli exprobran-
dā esse senectutem, ad quam omnes optent peruenire.

Cleanthes Assius cuidam senectutem probri causa
obijcienti, Et ego, inquit, abire cupio, Verum ubi re-
puto me ex omni parte sanum, siue legendum est, siue
scribendum, rursus maneo.

SEPULTURA, ET FVNERIS
INEPTA CVRA.

Apollodorus Socrati eo die quo bibiturus erat
uenenum, pallium obtulit magni pretij, ut eo indutus
moreretur. At Socrates donum recusans. Quid, in-
quit, Hoc meum pallium, quod uiuenti conuenit, mor-
tuo non conueniet?

Diogenes rogatus, quomodo uellet sepeliri, iussit
cadauer proijci inhumatū. Tum amici uolucribus ne
feris? Minime, inquit, sed bacillū, quo illos abigā,
prope me

ponite. Rursus illi, Qui poteris non sentiens? Quid igitur, inquit, ferarum mihi laniatus oberit nihil sentienti?

Demonax Cynicus interrogatus ab amicis, quomodo uellet sepeliri, Ne quid, inquit, ea uos res habeat sollicitos, Foetor me sepeliet.

Idem dicentibus, Indignum facinus, si talis uiri corpus laceretur à canibus, Quid, inquit, incommodi, si & mortuus alicui sim usui?

Diogenes interrogatus, num seruum ancillam ue haberet, Negauit. Cum uero percontator adiecisset, Quis te igitur esseret, si moriaris? Cui domo, inquit, opus erit.

SORDES PARSIMONIAQVE.

Seruus quidam ab hero Chio negociatore profugerat, Rogatus cur fugisset. Quoniam, inquit, cum adsunt bona, mala querit. Solet uinum primæ suauitatis uendere, ipse interim bibens subacidum & uapescens.

Bythis parasitus, cum Lysimachus rex uesti ipsius curasset affigendum scorpium ligneum, pulchre assimilatum uero, perturbatus resiliit. Ridentibus omnibus, & ego, inquit, te terrebo rex. Cum ille dixisset, Fac, Da, inquit, mihi talentum, exprobrans regi sordes & parsimoniam.

SEVERITAS.

Lacena quaedam filio iniuriarum postulato,
Aut

63

Aut crimine, inquit, fili aut uita te ipsum libera. Malebat filium extinctum, quam cum ignominia uiuum.

Phocion Atheniensis nunquam uisus est cuiquam, neque flere neque ridere. Hoc exemplum potius quam Apophthegma dixeris.

Harpalus quidam apud Philippum Macedonem pro Cratete propinquo suo, qui iniuriarum postulabatur, intercessit, petens ut reus mulctam quidem solueret, sed a causa liberaretur, ne damnatus hominum maledictis exponeretur. Hic uero Philippus, Præstat, inquit, ut ille male audiat, quam nos propter illum.

Paulus Aemilius Perseo captiuo deprecanti, ne in triumpho duceretur, Istuc, inquit, in te situm erat. Significans illi licuisse in bello perire, aut certe uincere.

Cato Senior censuram petens, cum ceteros competitores uideret populo supplices, ipse clamabat, Populo opus esse medico austero ualidisque remedijs. Proim eligendum, non qui iucundissimus esset, sed qui inexorabilis. Atque hæc dicens ante omnes censor creatus est.

Lacones scutiferum quendam militem interemere, quod scuto nonnihil purpurei panni intertextuisset.

Rogatus Antisthenes, cur tam seuerus esset obiurgator

obiurgator erga discipulos, & medici, inquit, erga egrotos.

Pescenninus Niger cum milites, qui à Sarracenis uicti fuerant, dicerent, Vinum non accipimus, pugnare non possumus. Erubescite, inquit Caesar, illi qui uos uincunt, aquam bibunt.

SVPERSTITIO.

Diogenes conspicatus quendam, religionis causa sese aspergentē aquis fluuialibus, quo ritu prisca purificabantur, Infelix, inquit, cum erras in Grammatica, non absolueris aspersus, multo minus asperasio te liberabit à uitæ criminibus.

Idem cuiusdam uehementer supersticioso ac lemurum laruarumq; terroribus obnoxio, necem ipsi minanti dicentiq;, Vnico ictu tibi perfringam caput. At ego, inquit, si id feceris, tibi sinister astans, ut contremiscas, efficiam. Significans se mortuum etiam terrere posse eum, à quo contemnebatur.

Quidam mane surgens reperit caligas à soricibus arrosas. Hoc ostento turbatus cōsuluit Catonem, quid mali protenderetur. Ille uero, Non, inquit, est ostentum, quod sorices arrosent caligas, Sed si caligæ arrosissent sorices, id demum fuisset ostentum.

Demonax Cynicus cuiusdam dicenti, Eamus in Aesculapij templum, pro filij salute deprecaturi deum, Adeone, inquit, surdastrum existimas, ut nos, nisi in templo, non sit auditurus?

Salse

SALSE DICTA.

Agis Lacon cum praterisset Chorinthiorū mœnia, conspiceretq; ualde excelsa munitaq; Quæ sunt, inquit, mulieres, hunc locum incolentes? Innuens fortibus uiris non esse opus mœnibus.

Diogenes uidens iuuenem lapides iacentem in crucem, Euge, inquit, scopum attinges. Innuens fore, ut aliquando suspendatur.

Cum Romani tres designassent, qui legati irent in Bythiniam, quorum unus podagra, alter capite uulneribus confecto, tertius uecordia laborabat, Cato ridens dixit, Romanam legationem nec pedes nec caput nec cor habere.

Aristarchus dicere solitus est, Olim uixerunt septem sapientes, nunc uix inueniri totidem idiotas. Notans Sophistarū turbam sapientiam sibi uendicantem.

Sophista

SERVITVS INHONESTA.

Socrates aiebat, Turpe esse, si quis sua sponte seruiens uoluptatibus, talem se faceret, quales nemo domi suæ uellet habere seruos.

Diogenes prædicantibus beatū Callisthenem Philosophū, q; apud Alexandrū magnifice tractaretur, Imò, inquit, infœlix est, quod illi prandendum cœnandumq; sit, cum Alexandro fuerit uisum. Sentiens in seruitute nihil beatum esse.

Idem dicebat, inter seruos ac dominos malos præter

præter uocabula nihil aliud interesse, nisi quod ser-
uī seruirent dominis, domini cupiditatibus.

Socrates conspiciens diuitem quendam, sed in-
doctum, Ecce, inquit, aureum mancipium. Indoctus
seruus est, & cupiditatum, & eorum quæ possi-
det.

SOLITUDO.

Cleanthes Assius conspiciens quendam solitari-
um, ac secum loquentem, Haud, inquit, loqueris cum
homine malo.

Pyrrho Eliensis deprehensus aliquando solus
ac secum loquens. Rogatus quid solus ageret. Medi-
tor, inquit, esse probus. Sentiens ad id utilem esse so-
litudinem, inutilem turbam.

Antisthenes rogatus, quid emolumentū cœpisset
ex Philosophia. Vt mecum, inquit, loqui siue uiuere
possim.

Myson solus deprehensus ac ridens, interroga-
tusq; quid rideret, cum solus esset. Hoc ipsum, inquit,
rideo. Innuens gratissimam sibi esse solitudinem.

SAPIENTIA, ET SAPIEN- TIAE AMOR.

Diogenes Athenas profectus ad Antisthenem se
contulit. A quo sæpe repulsus, non destitit tamen
hæerere, Adeo ut cum aliquando baculum intentaret
Antisthenes, ultro caput baculo obiecerit, Cæde si
uis inquit, at ego abigi abs te non patiar, dum ali-
quid dixeris. Idem

65

Idem cuidam admonenti, ut iam senex quiesce-
ret à laboribus, Respondit, Quid si in stadio curre-
rem, utrum oporteret iam metæ uicinum cursum re-
mittere, an magis intendere. Significans sapientiæ
studium hoc magis intendendum, quo minus superest
uitæ.

Idem sapienti nihil deesse colligebat hoc Syllo-
gismo, Deorum omnia sunt, Deorū autem amici sunt
sapientes, Et amicorum omnia sunt communia, Sa-
pientum igitur sunt omnia.

Antisthenes Philosophus dicebat, Sapientem si-
bi sufficere, eò quòd omnia quæ sunt aliorum, sunt et
huius, qui cum omnibus habet amiciciam, Et amicicia
facit omnia communia.

Idem negabat sapientem uiuere iuxta leges ab
hominibus institutas, sed iuxta normam uirtutis.

Aristoteles dicere solebat, Tria potissimum ad
parandam sapientiam necessaria esse, Naturam, do-
ctrinam & eruditionem. Inuita Minerva frustra la-
boratur.

Zenophones Colophonius, Empedocle dicente,
Sapientem inueniri non posse, Et merito, inquit, Nam
sapientem esse oportet, qui agnoscat sapientem.

Simonides interrogatus, Vtra res esset optabi-
lior, diuitiæ an sapientia, Dubito, inquit, ut qui uide-
am sapientes terere diuitum fores.

SERVIRE SCENAE.

I. Alexan

Alexander Magnus in Callisthenem, nequaquam se
aule moribus accommodantem, sed omnia ibi fasti-
dientem, hunc uersiculum dixit, Sapientem ego odi
qui nihil sibi sapit.

C. Publius dicere solitus est, P. Mummius cu iuis
tempori hominem esse.

Tiberius Cæsar duos familiares uehementius ab
ipso dilectos, omnium horarum amicos uocare solebat.

Eodem sensu alicubi dictum est, Pollionem om-
nium horarum esse hominem.

SEDITION.

Crates Thebanus quendam delicijs luxuique de-
ditum, ita per iocum admonuit, Ne pro lenticula sem-
per augens patinam, in seditionem nos conijcias. Sen-
tiens est luxu cupediisque plerumque nasci seditiones et
dissidia.

Cum M. Tullius in senatu dixisset, Incendium a
Catilina excitatum, Sentio, inquit, Catilina, Idque si
aqua non potero, ruina extinguam. Vox non hominis
sed furie.

Quidam ex ijs, quos Iulius Cæsar Romam mi-
serat, stans in senatu, cum audisset, Cæsari præroga-
tiuam non dari, Atqui, inquit (manu capulum per-
cutiens) hic dabit, uim Reip. mimitans.

SCORTVM.

Diogenes dicebat, Scorta esse regum reginas, et
ab ijs, quidquid collibuisse, peterent et impetrarēt.
Idem

Idem conspiciens adolescentem quendam meretrici supplicem, ut impetraret quod petebat, Quid inquit, tibi uis miser? Præstat non impetrare quod rogas.

Idem dicere solebat adolescentibus, Meretricum cum domos ingredi, ut perspicias quam uiles res, quanto emantur precio. Huc allu sit Terentius, Hæc omnia nosse, salus est adolescentibus.

SOBRIETAS.

ebrietas

Anacharsis Scytha rogatus, qua quis ratione es fugeret, ne fieret uinolentus, Si semper, inquit, pro oculis habeas indecoros ebriorum mores.

Plato temulentie deditis suadebat, Vt poti ad speculum se contemplantur, ita fore, ut ab eo uicio recederent, perspecta foeditate.

spena

Isæus Sophista interrogatus, quis piscis aut que auis esset ad uescendum suauissima, Respondit, Ista curare desij, Sensi enim me de Tantali hortis fructus colligere.

In Aegypto cum milites Limitanei ab Imperatore Pescennino Nigro uinum peterent, Nilum, inquit, habetis, & uinum petitis?

TACITURNITAS LAUDATA.

Solentia

Archidamidas Lacon, cuidam qui uicio uertebat Hecateo Rhetori, q̄ adhibitus in conuiuium nihil dixisset, Videris, inquit, mihi nescire, quod is qui dicendi nouit artem, etiam dicendi norit oportunitatem.

I ij Demaratus

se
ti
odi
uis
ab
ut.
o=
e=
n=
n=
g
a
si
is
i
t
u
r
-g



Demaratus Lacon in confesso quodam rogatus,
Vtrum ob stulticiam an ob sermonis inopiam sileret,
Respondit, Atqui stultus ne possit quidem silere. Si-
gnificans, silentium, ubi loquendi tempus non est,
prudentiae signum esse.

arcanum
Chilon Lacedaemonius cum interrogaretur, quid
esset difficile, Arcanum, inquit, reticere.

Cum Catoni Uticensi, etiamnum puero uicio da-
retur taciturnitas, Nec enim cum pueris exerceba-
tur, nec a quoquam audiri uolebat, ait, Carpant taci-
turnitatem, modo uitam probent. Et addidit, Tum de-
mum abrumpam hoc meum silentium, cum ea loqui
potero, quae sunt indigna silentio.

Summa
Cecilius Metellus cuidam tribuno militum e iuni-
oribus percontanti, quid esset factururus, Si eius rei,
inquit, scirem mihi tunicam esse consciam, exutam
in ignem coniecissem.

Summa
Lacedaemones ad publica conuiuia ingredi-
bus ostendebant fores, dicentes, Nullus per has egre-
ditur sermo, quod effutiendum non sit, si quid in con-
uiuio dicatur liberius.

Xenocrates Philosophus cum in conuiuio quo-
dam ceteris multa garrulentibus, solus diceret nihil.
Interroganti cur unus omnium sileret, Quoniam
inquit, locutum fuisse poenituit aliquando, siluisse
nunquam.

Theophrastus ad quendam in conuiuio perpetuo
silentem,

67.
Silentem, Si stultus es, inquit, facis rem sapientem, si sapiens, stultam.

TVRPILOQVIVM.

Diogenes audiens adolescentem honesta facie, uerbis parum honestis utentem, Non te pudet, inquit, ex eburnea uagina plumbeū educere gladium? Animus corpore tegitur, is in oratione relucet.

Hieron Syracusanus Epicharmo Comico Poeta mulctam dixit, quod presente uxore quiddam inhonestum dixisset.

Xenocrates dicere solebat, Pueris aures esse muniendas follibus potius q̄ athletic, quod plus sit periculi, ne puerorum aures occupentur prauis sermonibus, quam ne athletarū aures pateant ad ictus. Maxima, inquit Satyricus, debetur puero reuerentia.

TEMPVS.

Crates Tebanus amore laborantibus ostendit remedia, Amori, inquit, medetur fames. Sin aliter, tempus. Quod si nec ijs uti possis, laqueus. Posterius remedium nemo sanus amplexabitur.

Metrocles dicebat, Res alias emi pecunia, sed disciplinas liberales emi tempore.

Zeno aiebat, hominibus nihil magis deesse quam tempus, longe dissentiens ab ijs, qui bonam uitae partem perdunt somno, temulentia, nugis & alea.

Antipho dixit, Preciosissimum impendiū esse tempus.

I iij Plinius

Plinius maior nepotem suum uidens ambulante[m], Poteras, inquit, has horas non perdere. Significans, Lectica uectum, aut recitantem audire, aut enotare aliquid potuisse.

TYRANNVS ET PRINCEPS MALVS.

Diogenes interrogatus, Ut amicis Dionysius ueretur. Perinde, inquit, atq; utribus, plenos suspendit, uacuos abijcit.

Herodes

Cum Herodianæ crudelitatis rumor ad Augustum peruenisset, quod in Syria pueros omnes, qui bimatam non excessissent, iussisset interfici, & in his ipsius etiam perisse filium. Præstat, inquit, Herodis esse porcum quàm filium. Innuens Iudæum a sue facile abstinuisse.

Infamia

Iulius Caesar hos ex Euripide uersus semper in ore habuit, Si uiolandum est ius, regni causa uiolandum est, Alijs rebus pietatem colas.

Xerxes Alter Græciæ bellum indicturus, conuocatis omnibus Asiæ principibus, dixit, Ne uiderer meo tantum consilio hoc aggressus, contraxi uos. Ceterum mementote mihi parendum magis quàm suadendum.

Tiberius Antonie Auie pro sua autoritate momenti, ut quædam secus ageret. Memento, inquit, omnia mihi in omnia licere. Idem dicere consuevit, Oderint dum metuant.

Bias Bryenæus interrogatus, Quod esset animal

68
mal maxime omnium noxium, Si de feris, inquit, percontaris, Tyrannus est, si de mitibus, Adulator.

VVLGVS.

Cum oraculum proditum esset Atheniensibus, in ea ciuitate unum esse uirum, qui cunctorum sententijs aduersaretur. Ac populus uociferans iuberet illum inquiri. Phocion semet prodidit dicens, Ego sum ille, quem designat oraculum, Nam uni mihi nihil placet, omnium quae uulgus uel dicit uel facit.

Idem quodam die orationem habens, placebat omnibus. Cūq; uideret sermonem omnibus probari, cōuersus ad amicos, Num mali, inquit, quippiam dixi imprudens? Usq; adeo suspectum habuit uulgi iudicium.

Cato populum Romanum gregi pecudum conferre consueuit, quae singulae nemini obtemperarent, Vniuersae autem gregis ducem sequuntur. Sic et uos, inquit, Quos nemo uestrum priuatim in consilium adhiberet, ab his hic congregati uos agi duciq; sinitis. Notans qd deterrimis committerent magistratus.

Antisthenes cuidam dicenti, Multi te laudant. At quid, inquit, mali feci? Significans, quae recta sunt, uulgo nunquam placuisse.

Pictor quidam interrogatus, quem habuisset artis magistrum. Digito populum ostendit. Sentiens se ad multitudinis iudicium pingere, et obseruans
I iij tem quid

tem quid quisq; uel probaret uel improbaret, artens
fuisse consecutum.

VIRTUS.

Charillus Lacon interrogatus, quam arbitraretur optimam Remp. Respondit, In qua plurimi ciues inter se de uirtute decertant, citra seditionem.

Socrates dicebat, Ridiculum esse, cum mancipium, si non protinus inueniatur, operæ precium existimemus inuestigare, Virtutem nulla existimatione dignam iudicare, si non protinus contingat homini.

Antisthenes dicebat, Virtutem sibi sufficere ad foelicitatem, nec ulla re opus habere, nisi robore Socratico. Socrates enim ad omnium rerum patientiam obduruerat.

Idem dicebat, Virtutem esse armaturam quæ detrahi non possit. Ensis & gladius excutiuntur. Sapiens nunquam non armatus est, eòq; uinci non potest.

Cato Senior dicebat, Eos qui uirtutem suo honore fraudarent, ipsam uirtutem à iuuentute auferre. Sentiens premijs iuuenum animos accendendos ad uirtutem, quæ si detrahas, ipsa uirtus elanguescit.

VINDICTA.

Diogenes interrogatus, quo quis pacto possit ulcisci inimicum, Si te ipsum, inquit, probum & honestum uirum præstiteris. Hoc qui facit, et sibi prodest maxime, & inimicum maxime discruciat.

Alcibiades, nuncianti quòd ipse cum comitibus
morte

69
morte damnatus esset Athenis, At nos, inquit, de-
monstrabimus illis Alcibiadem uiuere. Simulq; se ad
Lacedaemonios contulit, ac bellum Decelicum, ab
urbe Decelia cognominatum, in Athenienses mouit.
Vindictæ genus & priori impar, & nulli Christia-
no imitandum.

VOLVPTAS.

Socrates dicebat, Voluptates non aliter ac Sy-
renas esse prætereundas, qui ad uirtutem properet.

Diogenes Olympionicen quendam animaduer-
tens oculos defigere in scortum, adeo ut præteritum
capite reflexo intueretur, Ecce inquit, ut aries Mar-
tius à puella publica obtorto collo uinctus abducitur,

Qui scopum non attingunt, uulgo ἀτυχῆς,
Hoc est, frustrari dicuntur. At Diogenes negauit il-
los frustrari, qui aberrarent à scopo, Sed eos qui cu-
ras suas ad uoluptatem ceu scopum dirigerent.

In Campania & Tarento Annibalis exercitus
ardor ita elanguit, ut uerissime dictum sit, Capuanæ
Annibali fuisse Cannas, Siquidem inuictum alpi-
bus, indomitum armis, Campania sola & Baia cali-
dis fontibus tepentes, subegerunt.

Antisthenes uoluptatem in tantum excreba-
tur, ut diceret, Se malle insanire, quàm uoluptate ad-
fici.

Arcesilaus interrogatus, qui fieret, ut ab alijs
Sectis multi deficerent ad Epicureos, ab Epicureis

I v nulli

nulli deficerent ad alios. Quoniam, inquit, ex uiris
galli fiunt, ex gallis uiri nequaquam. Gallos dixit Cy-
belis sacerdotes euiratos.

Aristoteles admonebat, Ut uoluptates contem-
plemur, non uenientes, sed abeuntes. Venientes enim
fucata specie blandiuntur, Abeuntes poenitentiam ac
dolorem relinquunt.

phin Epictetus Philosophus Philosophiae summam
duobus uerbis comprehendere solitus est, ἀνέχεσθε καὶ ἀπέχεσθε, Patere & abstinere. Quorum prius admo-
net, ut malorum quae incurrunt tolerantes simus. Po-
sterius, ut a uoluptatibus abstinereamus.

Dionysius Sophista familiaribus dicere solitus
est, Mel summo digito, non caua manu gustandum es-
se. Sentiens uoluptates quae parcissime admittendas esse.

Archita Tarentinus dixit, Nullam pestem ca-
pitaliorem hominibus a natura datam, quam uolu-
ptatem.

VICISSITUDO RERUM

N Chilo Lacedaemonius interrogatus, quid faceret
Iuppiter, Excelsa, inquit, deprimat, depressa extollit.

Dionysius Iunior percontanti, qui factum esset,
ut cum pater ipsius tenui fortuna ac priuatus, Syra-
cusanae ciuitatis principatum sibi parauerit, ipse re-
gis filius & regnum hereditate acceptum amiserit.
Quoniam, inquit, pater rerum potitus est, cum iam
in odium uenisset popularis gubernatio, ego cum in-
uidia

avidia laboraret Tyrannis, principatum suscepi.

Idem alteri cuidam hoc ipsum percontanti, Pater, inquit, regnū mihi suum reliquit, non fortunam.

fortuna

Demetrio Antigoni filio, nemo fuit utraq; fortuna exercitator, itaq; solebat in fortunam illud Aeschylī dicere, Tu me extulisti, tu ipsa rursus deijcis.

FINIS.

ERRATA.

In loco communi, Avaricia, pro Vespasione lege Vespasiano. In loco com. Animi modera. in primo Apoph. pro N. lege, Ni. In lo. com. Cura præpostera, in Apoph. quod incipit, Chrysip. pro promittu lege promito. In C litera, facie prima, pro Grauius lege Granius. In D litera, facie prima, pro appellabant, lege appellabat. In loco com. Gloriæ studium, in primo Apoph. pro Milciades lege Milciadis. In lo. co. Gloriæ contemp., in primo Apoph. pro iisdem lege iisdem. In lo. co. Impunitas, in iij. Apoph. pro senties, lege sentiens. In F litera, facie prima, in Apoph. cuius initium est, Epaminondas, pro Lacon, lege Iason. In loco. com. Matrimonium, in Apoph. cuius initium, Menedemus, pro audisset, lege annuisset.

Magdeburgæ excudebat Michael Lotter,
Anno Domini M. D. XXXIII.





sancta 15
Si ab ipso mundo esse possit vitas
nostras no esse ab ipso dno. Latu. 5 fo. 51.
Nihil ad felicitatem dicitur si vxor no fuerit. pto

AB: 754957

X 1996275







Vbi anno condita abq; per ipse

ARGV

TISSIMA quæq; Apophthegmata ex ERASMI Roterodami opcre selecta, inq; communes locos redacta, in commodum iuventutis, presertim Goslariane.

PER ANTONIVM CORVINVM.

M. D. XXXIIII.

8

